



De Halone 130
De novis aspectibus folio 159. u, 2.
Quaestio physica et optica 142



DIRECTORIVM
GENERALE
VRANOMETRICVM

In quo

TRIGONOMETRIÆ LOGARITHMICÆ FVNDAMENTA, ac Regulæ demonstrantur, Astronomicęq; supputationes ad solam ferè vulgarem Additionem reducuntur.

Opus vtilissimum Astronomis, Geometris, Arithmeticis, Perspectiuis, Architectis, præcipuè Militaribus, Mechanicis, Geographis, necnon ipsis Philosophis Naturalibus.

AVTHORE F. BONAVENTVRA CAVALERIO MEDIOLANENSI Ordinis IESVATORVM S. Hieronymi, Priore Titulari, ac in Almo Bononiensi Gymnasio Primario Mathematicarum Professore.

AD ILLVSTRISSIMOS, ET SAPIENTISSIMOS

SENATVS BONONIENSIS

QVINQVAGINTA VIROS.



BONONIÆ, Typis Nicolai Tebaldini. M.DC.XXXII.

Superiorum Permissu.







ILLVSTRISS. DD.



QVAS, ingenioli mei viribus sub fœlicibus vestris auspicijs, in agro Felsineo satas, excultasq; fruges, irriguo munificentiæ vestræ rore madefacta, iam ipsa Tellus effœta parturijt; has tamquam primigenias vobis, vt legitimis Dominis, affero prælibandas: quæ cum decenti nitore, ac debita careant pulchritudine, folijs inuolutas offerre malui, ne, primo aspectu illarum ruditate detecta, nitidissimi omnium vestrum oculi læderentur. Sub earum quidem cortice latet cælestis illius doctrinæ, quæ summis Principibus digna semper visa fuit, veluti quædam Dialectica (quam ideò DIRECTORII GENERALIS VRANOMETRICI titulo inscribendam esse censui) Astronomiã affectanti adeò necessaria, vt illi Edictum, Platonis Academiæ foribus inscripto simile, indici possit ΟΥΔΕΙΣ ΑΤΡΙΓΩΝΟΜΕΤΡΙΤΟΣ ΕΙΣΙΤΩ. Hæc tamen sublato cortice, ac in apertum omnium oculorum emissa vereor manebit inconspicua, nisi, quam ex suis natalibus vitalem lucem habere non potuit, ex omnium vestrum aggregato splendore mutuetur. Haud quidem me latet tenebris circumfusam quandoq; Aulam, plurimis in gyrum cauis

Sanctus Augustinus lib 8 de ciuitate Dei cap 7 nominat Logicam Platonicorum. An Geometriam intellexit sine qua nulli patebat aditus ad Academiam? An et eo sensu Plato dixit Geometriam esse metropolim omnium scientiarum

An vero alia quaedam generalis scientia ad suas species Geometriam et Arithmeticam intelligitur, de qua in præfatione Marini super Data Euclidis? quæ etiam Adriani Romani fuit sententia.

ſuſpenſis ſpeculis, admirabili ſanè artificio, ex præpoſitis facibus conceptum lumen eiaculantibus, clara adeò luce corruſcantem reddi poſſe, vt diurnum æmulata ſplendorem vel ipſam meridiem æquiparare videatur: At quis non conſpiciat haud arte diſſimili radiantem ex omnibus vobis, ceu ex tot theatralibus ſpeculis Iuſtitiæ, Prudentiæ, Magnanimitatis, ac Sapientiæ fulgorem veſtram, ac præcipuè omnium ſtudiorum parentem litterariam Rempublicam adeò colluſtraſſe, vt vel non alio lumine micans, Phœbeum tamen hoc ſolo videatur exæquare? His ergo meis lucubratiunculis talem auguror, talemq; precor lucem, vt cum hæc Doctrina, cuius cœleſtia ſcrutari munus eſt, leuioribus ſuffulta pennis ad Cælum euolauerit, inter ſuprema illius tot rutilantia ſydera, licet proprio deſtituta, veſtro tamen irradiata ſplendore, toto orbi illuceſcat; Quod ſi ex omnium veſtrum benignitate fuero conſecutus, oblataſque has qualeſcunque fruges haud fueritis dedignati, alias etiam, quæ iam ſuam ſortitæ maturitatẽ ex mea tenuitate ſub linteo velata deliteſcunt, liberalitate veſtra viribus effectus validior, mox in apertum proferam, & vt ſelectiores ac nitidiores aliæ quoque ſurgant in dies, ramiq; virentes, omni maiori, qua potero, cura incumbam. Valete, ac diù viuite fœlices.

Bononiæ Idibus Ianuarij M. DC. XXXII.

ILLVSTRISSIMAR. DD. VV.

Addictiſſimus

F. Bonauentura Caualerius.

F. BONAVENTVRA Caualerius.

CANDIDO LECTORI CÆLESTISQVE Physiologię Studioso S. P. D.



GREGIE, meo quidem iudicio, cum Anaxagoras Cœlum intueretur, mirabilemq; astorum cursum admiraretur, cuidam sciscitanti, cur ita libenter subdialia peruigilia ferret, respondisse videtur; Vt, inquit, Cœli aspectu fruar: Tanto Philosopho digna quidem responsio, quem non immodica habendi cupiditas, non vana honorum ambitio, non turpium voluptatum, vt plerisq; contingit, cõcupiscentia adeò flecteret, vt in his conquirendis ad duriora quæq; sustinenda animus cogeretur, sed, si quid tolerandum, si quid laboris perferendum, hoc, vt Cœli aspectu frueremur, æquissimè ferri demonstrauit; quinimmo, vt Solem cerneret, se quoq; natum esse sæpius fatebatur. Ego quidem tanti viri dictis libenter subscribo; nobilissimam enim syderum scientiam, ob summam sui præstantiam, & vtilitatem, semper dignissimam esse existimaui, quam veritatis studiosæ mentes summoperè adamarent. Epicureorum verò dogma, stultæ eorundem fælicitati tamquam nimis exosum, tale studium auersantium, velut animorum pestiferam luem, ab ingenuis viris explodẽdum eße semper iure censui. Viguit hæc siquidem omni tempore opinio inter viros acri ingenio præditos, magnum in cælestibus mysteriũ, magnum arcanum reseruari; nimis enim à terrestrium rerum conditione tanto dissita spatio, tam constanti vertigine circumlata, tã longa duratione consistentia, tam efficaci virtute agentia corpora, abesse videntur; vt de priscorum illorum Patrum in cœlestibus contemplandis, aquisitisq; conseruandis summa industria, summa diligentia, quam præ cæteris binę illæ columnæ, lapidea, inquam, ac lateritia, non leui testimonio confirmare videntur, minimè nobis sit admirandum; vt interim sileam de tot præstantissimis huius diuinæ scientiæ cultoribus, quales apud Aegyptios, nec non apud Grecos,

Persas,

Persas, Indos, Arabes, atq; Latinos, cæterasq; Nationes antiquitus extiterunt, quos diligentes Historici nobis prodiderunt. Hinc enim apud Poetas fabulæ quoq; de Atlante Cælum humeris sustinente, de Hercule eidem oneri incumbente, de Endimione in amplexu Lunæ dormiente, de Orphei Lyra inter sydera constituta, deq; plurium Heroum plerisq; stellis inditis nominibus, prodierunt. Immo Stoici tanti Astronomos habuerunt, vt vel eosdem Deos asseruerint quia mortalibus plurimas suppetias afferrent futura vaticinarentur, cælestes globos innumerabilibus sæculis commouerent. Hanc ideò tam quam summis Principibus dignam scientiam plurimi Duces, Reges, ac Imperatores in delicijs habuerunt, vnde Iulius Cæsar de seipso apud Lucanum testatur.

> . . . . . . media inter prælia semper
> Stellarum, Cœliq; plagis, superisque vacaui.

Adrianus Imperator adeò hisce studijs delectatus est, vt singulis annis Prognosticon conscribere vellet. De Alphonso Hispaniarum Rege hoc satis Alphonsinæ Tabulæ testantur. Carolus V. Imperator, ac illius frater Ferdinandus, his mirum in modum recreabantur. Et alij quam plurimi, quos hic paucis nequeo recensere: vix enim inter Principes, quibus terrestrium incumbit cura, aliquem reperies, qui de cælestibus, queis illa reguntur, negligat scientiam. Apprimè igitur in Achillis clypeo Homerus sydera pinxit, Cæliq; verticem, ac motum descripsit; congruenter quoq; Virgilius in Regio conuiuio Iopam cælestia canentem sic introduxit.

> . . . . cithara crinitus Iopas
> Personat aurata, docuit quę maximus Atlas.
> Hic canit errantem Lunam, solisq; labores,
> Vnde hominum genus, & pecudes; vnde imber, & ignes;
> Arcturum, pluuiasq, Hiadas, geminosq; Triones;
> Quid tantum Oceano properent se tingere soles,
> Hiberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.

His enim suprema hæc Poetarum lumina innuere voluisse videntur, tam in prælijs, quam in conuiuijs astrorum scientiam apud Principes vtilissimè diuersari. Sileo de tot Summis Pontificibus, vt de Anacleto, Leone Magno, Hilario I. Pio I. Sixto 4. Innocentio 8. Iulio 2. Leone 10. Paulo 3. ac tandem Greg. 13. qui de Kalendarij

correctione, Paschatis, ac Festorum mobilium recta celebratione decernenda, adeò solliciti fuerunt, vt non leui argumento Astronomiam Ecclesiasticis viris, tamquam in Christiana Repub. valde vtilem, summopere commendasse videantur. Si ergo tot præstantissimorum virorum exemplo ducti ab hac terrestrium nimis sedula inquisitione, quæ nec Belluis denegauit Natura, ad Cælestia lumina oculorum aciē conuerterimus, quibus, cæteros dedignata sensus, videtur Dei Sapientia, vt elegantissimus cecinit Poeta Metamorphos. lib. p. tam sublimia reseruasse.

Pronaq; cum spectent animalia cętera Terram
Os homini sublime dedit, Cœlumq; tueri.

quam in discendo suauitatem non degustabimus? quanta diuinarum rerum cognitione perfruemur? quot sublimes de Dei Magnificentia ac Omnipotentia conceptus efformabimus? verè enim testante ipso Psalte: Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Sed quis ad tam alta, tam excelsa, tamquam à nobis remota inuestiganda fidissimus erit comes? Trigonometrica Doctrina: superpositis enim adinuicem Triangulis, doctrinæ vinculis aptè colligatis, non vt, qui montes superposuere montibus Gigātes, Pelio nempè Ossam, & Olympum, Cælo bellum illaturi, indignati Iouis nobis erunt fulmina verenda; quin potius nostris annuentem, ac propitium votis Primum omnium Motorem in eius arcanis speculandis, puto, experiemur. Sic ergò lucidissimam Solis faciem non conniuentibus oculis intuebimur, velocissimum Cæli cursum non magna corporis defatigatione prosequemur, memoriæ nostræ pænè obliterata tempora immemorabiliter conseruabimus, post plurima sæcula, nec senio confecti, futura assequemur, cælestes Choreas sine confusione addiscemus: & quod intuens Vulgus confusissimum Noctilucarum agmen esse putat, subtilius Cæli sinum introspicientes, ordinatissimū vastorum, ac rutilantium corporum veluti Theatrum, à supremo omnium Artifice conditum esse conspiciemus, in quo ipsius inaccessibilem, ac inuisibilem lucem, luciferis tot accensis facibus, prout nobis fas est, intueremur, vt nostram & alij postmodum subodorati fælicitatem vnanimiter conclamare cogantur.

Fęlices animæ, quibus hęc cognoscere primum,
Inq; domos superas scandere cura fuit.

Verum

Verum si hæc pulcherrima, si hæc præstantissima, si hæc vtilissima ob summam obiecti doctrinæ huius excellentiam, ac methodi certitudinem, non immeritò esse censentur: Hoc tamen pro certo statuendũ est Astronomiæ ansas ipsum nõ habere, qui Trigonometricæ sit expers, atq; ignarus scientiæ, sine qua illius fores sanè frustra pulsantur. Cũ enim, vt infra ostendemus, tota Triangulis siue Planis, siue Sphæricis sit veluti compacta, sine Trigonometria de cœlestibus quidquam certi præsumere nos scire posse, perinde est ac sine velis, ac remis, immo absq; nauigio Oceani immensa percurrere velle. Quam necessitatem cum omnes Astronomiæ scriptores animaduerterint, nemo vnquam fuit, qui de ipsa Trigonometria Lectorem prius non instruxerit, aut in hac satis eruditum non supposuerit: immo tanti apud præstantes artifices hæc Astronomiæ (vt ita dicam) Dialectica semper habita fuit, vt illius excellentiam, ac summam necessitatem nũquam se satis exaggerare posse videantur. Inter quos libeat Auctorem Operis Palatini in ipsius Prohemio de Trigonometria sic praloquentem audire, inquit enim. Quod insigniores Mathematici cum veteres, tum etiam recentiores, tantoperè in exquirenda, ac propaganda doctrina Triangulorum occupati fuerint, minimè mirum videri debet; vsu namq; & experientia didicerunt, hanc vnam ad nobilissimam Philosophiæ partem, de cœlestium corporum motibus doctrinam, aditum aperire; neque quemquam, nisi cognitione doctrinę Triangulorum imbutum, ad diuinę artis intima, ac mysteria penetrare posse: Eum verò, qui huius doctrinæ expers, & ignarus est, dum geometricas illas angulorum collationes nõ potest percipere, sępè hęrere, neque se expedire posse &c. *Cum verò Astronomia ex duplici parte constet, ex ea nempe, quæ de Theoricis Planetarum agit, ac illa, quæ de Primo Mobili, mirandum sanè est quot varijs modis in hæc duo illius membra sese insinuare soleat, vt, ad instar sanguinis per totum animalis corpus diffusi, eidem spiritũ, ac vitam quodamodo videatur impertiri. Per Trigonometriã namq; summarũ absidum in omnibus Errantibus loca discernimus, eccentricitates adinuenimus, æqualium, ac apparentium motuum differentias, quæ Prostaphæreses vocantur, inuestigamus, Planetarum inter se, & à Terra distantias dimetimur, trium corporum Terræ nempè Solis, ac Lunæ proportiones præcipuè satis exactas, ac aliorum*

syderum

syderum nobis comparamus; Stellarum loca tam quoad longitudinē, quam quoad latitudinem per plura annorum millia, tam ante, quam post assumptam Epocham definimus, luminarium Deliquia præuidemus, Cometarum parallaxes, situm, & progressum, adnotamus; Per eandem quoq; Solis, ac reliquorum syderum Declinationes, iuxta datam Eccliptica obliquitatem facilè supputantur, nec non ascensiones rectæ, ac ad quamcumq; Poli eleuationem obliquæ, latitudines ortiuæ, vel occiduæ, altitudines, seu depressiões, Crepuscula matutina, seu vespertina, dierum, ac noctium longitudines computantur, coortus, & coocasus Errantium cum fixis, nec non cœli mediationes indicantur, directiones conficiuntur, & alia penè innumerabilia nobis in dies cumulantur. Quinimmo tanta est Trigonometriæ vbertas, ac fecunditas, vt eorum omnium, quæ ad Geographiam, Gnomonicam, nec non ad Mechanicam, Opticam, & Catopricam spectant, sit quasi fons, & origo: hac enim pariter Ciuitatum longitudines comparantur rectaq; ratione describuntur, Terræ ambitus inuestigatur, planities, altitudines, ac profunditates mensurantur, machinarum vires rectè componuntur, bellica Tormenta in oppositos scopos ritè diriguntur, librātur aqua, ad hostes oppugnandos aggeres eleuantur, cuniculi ad euertendas arces fodiuntur, flumina, constructis machinis, traijciuntur; castra, ciuitatesq; ordinatè construuntur, naues recta ratione fabre fiunt, tutò maria sulcant, inuitis ventis detinentur, non flantibus illis celeriter etiam impelluntur. Insuper reflexiones in speculis, refractiones in crystallis, aquis, aere vaporoso, per eam deteguntur; vnde stellarum loca, summaque vaporum distantia rectè indagantur, ac specula elaborantur, quibus imagines paruæ, magnæ, deformes, multiformes, in aere pendulæ, ambulantesque ostenduntur, longinqua, ac si propè essent representantia, ignem conceptis Solis radijs excitantia, sonum mirabiliter vegetantia, lumen in longinquam distantiam, nec non ipsum ignem eiaculantia, inexpectataq; rerum exhibentia simulacra, vt Dæmonum præstigia putes, quæ Trigonometricis legibus Natura iubente fiunt. Quod si hic ostendendi locus esset, quantum Phisiologo quoq; sit non dicam vtilis, sed necessaria Trigonometriæ doctrina, dum Naturalium rerum principia quærit, causas meditatur, de Loco disserit, de Vacuo, Infinito, Motu, Tempore, Continuo disputat, elementorum, mixtorum, seu quorumcumq; agentium

NB Vsus erat exhibendus

vires expendit, cælestia scrutatur, ac ad Primi omnium Motoris, ac Moderatoris, existentiam, infinitatem, immensitatem, æternitatem vsq; demonstrandam cum Philosophorum Principe se extollit, cunctaq; illius encomia hic aperienda forent, nullus meherclè vmquam esset dicendi finis. Hinc factum est, vt cum Trigonometriā Astronomicis, cæterisq; iam dictis, capescendis, adeò necessariam esse perspexerim, licet ferueret animus in cæteris Mathematicis excolendis, summèq; exoptarem earum præstantissimum vsum in Naturalibus aliqua ex parte pro meis tenuibus viribus patefacere (ad q^d exequēdū non semel per epistolas mihi addidit calcaria horum studiorum amātissimus, ac in omni disciplinarum genere eruditissimus Vir, Illustris. ac Reuer. D. D. Io. Ciampolus S. D. N. à Secretis) factū est, inquā, vt non leui oblata occasione, Almo, ac Inclyto huic pro meo munere, Bononiensi Gymnasio inseruiendi, ad hanc partem elaborandam, exornādam, ac quantum in me fuit, faciliorē reddendam animum composuerim. Cur autem post tot insignes Trigonometriæ Scriptores hoc saxū, toties reuolutum, denuò & ipse voluere tentauerim, licet Prim. Partis Cap. 6. partim aperiatur, hic quoq; tamen paucis explicabo. Cum ergo alijs studijs ipse detinerer, ac meo publicè Mathematica explicandi offitio perfūgerer, nihil minus, quam de hoc opere construēdo cogitabam: cum verò ad Astronomica studia præ cæteris propagāda animum adderem (vt prædecessorum meorum vestigijs inhærerem, qui adeò Astronomiam excoluerunt, nempè inter cæteros præstantissimi viri Dominicus Maria Ferrariensis Copernici Præceptor, P. Magistes Ignatius Dantes Ord. Prædicatorū, necnon Maginus) Neperianumq; logarithmorum Inuentum hic ab huius diuinæ facultatis studiosis non immeritò plurimi fieri animaduerterem, mihi tamen maximè de his conqueri videbantur, nempè vel ob summam ipsius Neperi in explicandis logarithmicis Regulis breuitatem, ob quam suorum dictorum demonstrationē plerumq; reticere coactus fuit, vel in calculis effectis per eiusdem logarith. ob additionē & subtractionē eorum cossicam persæpè faciendam, quo se maximè deturbari fatebantur. Cū ergo de eisdem consulendo quoad hoc saltem cogitarem, subuenit mihi expeditissimus modus, conuertendi nempè logarithmos Neperianos in log. habentes pro log. Siu. Tot. vnitatē cum Ciphris, sic enim constructa Tab. per eā operādo prædicta additiones & subt. cossica poterāt

euitari

euitari (modum autem doceo pag. 85.) & hoc, vt celerius eisdem satisfacerem, quã si de nouo consimilis condendæ Tab. per log-rũ fundamentales Regulas laborem assumpsissem, vt prius excogitaueram. Cũ verò paulò post ostensa mihi esset doctissimi Henrici Brigÿ Arithmetica log-ca per Adrianum Vlacq secundò impressa, in qua consimilẽ Tabulam adinueni per ipsum Vlacq ex Chiliadibus Brigÿ deductã, suscipiendum, quem dixi, circa Neperi Canonem laborem superfluum esse cognoui: Verum quia nihil ibi de Sphæricis ipse explicauit, & licet viris exercitatis facilè sit Regulas Trigonometricas in log-cas cõuertere, quia tamen etiã si Tabula potirentur, Regulas log-cas huiusmodi Tabulæ accomodatas, à me pariter enucleatas, cum fundamentalibus Trigonometriæ tam simplicis, quam logarithmis accomodatæ, rationibus, faciliori, quam fieri posset methodo explicatas, anxiè poposcere videbantur; ideò vt ÿs præcipuè morem gererem, & quia etiam circa Adriani Trigonometricam Tabulam aliqua non negligenda vtilitate mutari posse mihi videbantur, & tandem cum ex meo penu, licet exiguo, aliqua forte non ingrata mihi tali occasione depromenda essent, qualè præcæteris est Trianguli Sphærici mensura à nemine, quem sciam, hucusq; tradita, & alia quamplurima in Operis progressu manifesta, ideò hoc assumpto labore, vtramq; Trigonometriam à fundamentis auspicatus sum; in quo an alÿs post me satisfecerim aliorum erit iudicare: plures autem hic lector offendet nouas demonstrationes, vel si non nouas, ita tamen, si quæ obscuræ videbantur dilucidatas, vt quantum mihi licuit, remoræ quæcumq; studiosis tollerentur; Regulas autem Exemplis Astronomicis vt plurimum applicatas tradere volui, nedum vt studiosis haud super his nauseandum esset, sed etiam vt vberrimum Trigonometriæ logarithmicæ vsum in Astronomia huic doctrinæ incumbentes prælibare possent. Et tandem præterquam hic penè omnia, quæ à Nepero dicta fuere, proprÿs rationibus firmata sunt, ea circa Tabulas quoq; molitus sum, quæ p. p. Cap. 6. à me exposita fuerunt, omnesque Astronomicas supputationes ad solam Additionem vulgarem deducere conatus sum. Leuiter quidem attigi Tabularum Sinuum, vel Tangẽtium, aut Secantium construendarum methodum, cum apud omnes penè Trigonometriæ Scriptores edoceatur; leuiter quoq; de log-morũ primi generis inuentione egi, cum à Nepero. & Vrsino vberrimè eorũ

inuentio explicetur: vnde lectori minimè mirandum erit si pag. 24. breuitati studens distinctè non ostenderim quomodo Tabula radicalis construatur, & ex ea excerpantur log-mi, inuentis terminis, quibus ipsi claudūtur, iuxta prop. 30. sed vt facilior captu res euaderet, simpliciter dixi, per partem proportionalem inquiri, quod etiam pro log-mis secundi generis habendis replicatur pag. 52. quorum inuentionem nonnihil dilucidaui: non tamen in hac quoq; multum me extēdi, cum in Arithmetica log-ca Brigij diffusissimè eorum inuentio explanetur, in eo tamen, quod ad Tabulæ nostræ ex eiusdem Brigij Chiliadibus deductionem spectat, prout opus fuit, cuncta declaraui: eorū autem ferè omnium, quæ à me in vtraq; Trigonometria dicta sunt, rationes reddere conatus sum, tum vt hoc postulantibus gratum facerē, tum etiam quia ex meis summis Præceptoribus Excellentissimo Galilæo, ac Ad. R. P. D. Benedicto Castello, in Romano Gym. Mathematicarum publico Professore, ac S. D. N. Mathematico eximio, sic me didicisse memini; Vnde & doctis, & indoctis satisfactum iri aliqualiter spero; quod si secus eueniet, hosce meos qualescumq; conatus vt tua saltem Lector benignitate æqui boniq; consulas, atq; tot menda, quibus scatet Opus, non tam ex incuria Typographi latinæ linguæ expertis, quam ex mihi nimis infesto articulari morbo, quo uexatus, debitam huic impendere curam minimè potui, excusare velis, etiam, atq; etiam rogo.

INDEX
Capitum, quæ in hoc Volumine continentur.

PARS PRIMA.

PARS

PARS SECVNDA.

PARS TERTIA.

De

Indicis Finis.



Facultas Reuerendiss. Pat. Generalis.

Nos F. Hieronymus Longus à Mediolano, Cong. Iesuatorum S. Hieronymi Generalis, Opus, cui titulus est Directorium Generale Vranometricum, *à nostro in Christo Filio R. P. Bonauentura Caualerio Mediolanensi, Mathematicarum Publico Professore, ac Congregationis nostræ Sacerdote, Prioreq. Titulari, elaboratum, vt typis excudi possit, seruatis seruandis, facultatem per præsentes concedimus.*

Dat. *Med.* in *Conuentu* S. Hieronymi *die* 30. *April.* 1631.

F. Hieronymus Longus Gener.

Ego F. Constantinus Bucius Ordinis Iesuatorum S. Hieronymi, de ordine Reuerendiss. P. Hieronymi Longi Generalis, vidi Admod. Reuer. P. Bonauenturæ Caualerij eiusdem Ordinis Opus, quod Directorium Generale Vranometricum *inscribitur, nihilq; in eo* Catholicæ *fidei, aut bonis moribus contrarium reperi. Qua propter imprimi posse adiudicaui.*

D. Homob. P. pro Eminentiss. & Reuerendiss. Card. Archiep.
Imprimatur
Fr. Hier. Onuphr. pro Reuerendiss. P. Inq. Bonon.

DIRECTORII GENERALIS

PARS PRIMA.

De Antiquorum, ac Recentiorum Astronom. calculi forma, necnon de quampluribus eorum Inuentis, ad eiusdem facilitatem astruendam; præcipuè vero de Logarithmorum natura, ac eorundem in Tabulis dispositione; ipsarumque amplissimo vsu, generali quadam eorum tradita doctrina.

CAPVT PRIMVM.

Quid apud Hipparcum, Ptolemæum, & antiquos fuerit arcus, & chorda, cur ad Astronomicos calculos, necnon quomodo, eisdem vsi fuerint.

NON sine fructu, atque animi voluptate futurum quidam esse existimaui, si, antequam ad alia, quæ doctrinę methodo sunt hic explicãda me cõferam, quantum à priscis ad hęc vsque tempora, in eo, quod ad calculandi artem pertinet, Astronomia progressa fuerit, compendiosam illius veluti pręmittens historicam doctrinam breuiter exposuerim; licet enim, qui antiquorum, in Astronomicis calculis exantlatos optimè nouere labores; maximam in hisce facilitatem hic aperiendam facilè admirabuntur ij tamen, qui sunt in hac arte tyrones, quibus illorum calculandi laboriosa methodus nullum traxit ex fronte sudorem, non eo hęc pretio, quo quidem digna sunt, forsitan existimabunt; at verò si & isti eorum vias difficiles mentis oculo prius fuerint perlustrati, non minus, quam illi summam, quò res deducta est facilitatem

Dulcia non meruit qui non gustavit amara.

intelligent,quod non parum voluptatis addiſcentium animis allaturum eſſe iudico,necnon & vtilitatis,hinc fiet enim vt alacriori animo in hmõi ſtudiũ incũbant illi, qui alioquin ſumma rerum abſterriti difficultate in medio propè curſu idipsũ deſerere ſolent.

Cum igitur antiquiſſimus Hipparcus, & poſt ipſum alij inſignes Mathematici,inter quos Mileus Romanus,necnon Ptolemæus præcipuè enumerantur,totis viribus cęleſtium rerum vacarent cõtẽplationi,maximaq. ſolertia,ac diligenti obſeruatione tum errantium,tum non errantium ſyderum motus adnotarẽt,eademq non regularia,ſed incerto,vagoq.curſu tum in longum, tũ ad mundi latera excurrentia animaduerterent, in tam multiplici mobilium varietate certa quodamodo ſine lege vagantium quidquam certi ſtabilire,nec licet peritiſſimi viri valuiſſent, ſed velut ignari vulgi conſortes(qui ſæpè de ſcalis, quibus cęli męnia conſcendant Aſtronomi,non minus admirabilium,quæ de cęleſtibus ab ipſis quandoq.audit incredulus,quam fatuus,quærere ſolet)de tam à nobis longè diſſitis corporibus ſomniare potius, quam veri quidquam intelligere poſſe homines,forte vel ipſi exiſtimaſſent, niſi de ſcalis ſibi conſtruendis,quibus ad mundi altiſſima daretur aſcenſus cogitaſſent.Cum ergo animaduerterent non alio, quam oculorum ope ad corpora tanto à nobis interuallo diſtantia, eorumq progreſſus,ſtationes,acceſſus,& receſſus, ac cætera huiuſmodi apprehendenda,aditum patere poſſe,viderentq. non niſi lineas,& angulos viſorios nos ex hoc Terrę globulo in Cęlum eiaculari poſſe,ex lineis autem rectis,& angulis,nõ niſi triangula, vel in eadẽ reſolubiles figuras iugiter conſtitui hinc huius rei ſummã eò deductã eſſe cõperierunt,vt, ſi triangulorũ tũ quoad latera,tũ quoad angulos metiendorũ certã regulã adinueniſſent,tunc quidem aptiſſimam ſibi ad cęleſtia conſcẽdenda ſtruxiſse ſcalam (cęco quidem vulgo inuiſibilem,viſibilem tamen ijs, quibus Mathematicarum ſcientiarum lumen affulſerit,& inſimul admirabilem) iuremerito ſecum ipſis exiſtimare poſſent; hac igitur neceſſitate ducti, eorum,quorum quidem latera recta ſunt,triangulorũ (quæ & plana vocari ſolent)dimetiendi artẽ,prout in ipſius rei primordio conceſſum fuit,vt mox explicabimus,adinuenerunt.Cum verò extremam mundi ſuperficiem,in qua viſorij intuentis radij ter-

minan-

minantur, sphęricam existimarent, in eaq. vel sydera verè consistentia, vel inferiorum, eorumq. motus in eandem proiecta simulacra; contemplarentur, vellentq. locorum visorum distantias in eadem dimetiri, siue, vt melius dicam, angulos visorios hinc emissos, quos habuerunt tamquam ab illius sphęricę superficiei centro proijcerentur (Terram.n.ad talem superficiem, vt punctum se habere putauerunt) mensura autem anguli sit arcus quilibet descriptus super puncto anguli tanquam centro; hinc vt haberent horũ angulorum mensuram, illorum vice circumferentias circulorum per centrum illius superficiei transenntium dimetiendas. assumpsere, quos quidem circulos maximos vocauere, cum verò ex plurium maximorum circulorũ per centrũ sphęrę transeuntiũ intersectione triangula, vel in eadem resolubiles figuras sphęricas fieri comprehenderent, hinc alia eisdem orta est necessitas, & huiusce generis triangulorum doctrinam constuendi, quorum quidem latera sunt semper maximorum circulorum circumferentiæ, anguli verò se habent, vt circumferentiæ illis subtensæ in circulo maximo, cuiusquidem polus est punctus, in quo fit angulus, vt infra dicetur, quæ quidem triangula sphærica iure dici poterant; his igitur ritè perpensis, cælestium rerum inquisitionem per huiusmodi tum planorum, tum sphæricorum triangulorum dimensionem tutò fieri posse existimantes, illius quoq; artem ante omnia sibi parandam esse cognouere. Illorum igitur examen aggressi, de area, siue spatio dimetiendo non multum cogitauerunt: non .n. multi vsus in cælestibus areas putabant, sed tantum latera, & angulos dimetiri illis curæ fuit. Cum verò in sphæricis angulorum in circumferentiarum, quibus insistunt dimensionem cernerent rectè commutari; ideò in triangulis sphæricis videbant non nisi circulorum circumferentias illis occurrere posse; in planis verò, cum cuiq; triangulo scirẽt circulum circumscribi posse, in quo subtensæ angulis circumferentiæ se habent, vt anguli eisdem insistentes, ideò, in triangulis planis, angulorum in circumferentiarum dimensione pariter commutauere, & sic in vtrisq; triangulis non nisi circulorum circumferẽtias, & latera, siue lineas rectas eisdem subtensas dimentiendas esse comperientes totius rei summam in hoc problemate collectam esse tandem cognouere; nempè diuisa circuli

culi circumferentia in quotcumq; partes, & pariter diametro in quotcumque, assumptaq; portione illius circumferentiæ, iunctisq. illius extremis recta linea, scire quot partium diametri conuenirent dictæ iungenti, quam vocauere chordam illius circumferentiæ assumptę, ipsam verò arcum eiusdem chordæ; & pariter è conuerso existente chorda tot partium diametri scire quot partium integræ circumferentiæ esset ipse arcus, sic .n. nota chorda, siue latere trianguli, notus fieri poterat subtensus arcus, & subinde oppositus angulus, & è conuerso noto angulo, manifestus fiebat ipse arcus, & subinde illius chorda, siue latus propositi trianguli plani sic igitur, & angulos ex lateribus, & latera ex angulis colligebant; similiter in sphæricis procedentes. Circuli ergo diuiserunt Antiqui circumferentiã in. 360. partes, quas gradus appellauere, gradum in 60. minuta, minutum in 60. secunda & sic deinceps; in hunc numerum præcipuè ob plures quas habet partes aliquotas; diametrum verò in 120. quas dixere partes, item partem in 60. minuta minutum in 60. sec. & sic deinceps, tabulamq; construxere, vt videre est in primo Almag. Ptolomæi in qua apparet cuicumque noto arcui, quot partium diametri competat chorda; & cuicumq; notæ chordæ quot graduum competat arcus, problemataq; perfecerunt, vt dictæ tabulę auxilio per illa ex quibusdam notis siue angulis, siue lateribus in vtrisque triangulis reliqua colligi possent, & ita Hipparcus 12. de hac re libros conscripsit, postmodum & Mileus, necnon tandem Ptolemęus miro artificio, ac breuitate præ cæteris, rem hanc illustrauit; verùm quam difficiles sint eorum praxes, qui vel vnum Problema eorundem regulis soluere tentauerit, facilè intelliget, quod luce clarius esse illi quidem intuentur, qui Magnæ Ptolemæi Compositionis studio vacare solent; quæ quidem circa eorum ad hæc habitos conatus, nunc prælibasse sit satis.




CAPVT SECVNDVM.

Quomodo Posteriores Astronomicam calculandi artem in meliorem, ac faciliorem antiqua redegerint formam, in eo, quod ad Tabularum constructionem spectat.

CVm ergo prædictam Antiquorum calculi formam Posteriores examinarent, primi omnium Sarraceni fuisse existimantur, qui quidem cum animaduerterent, adhibitis minoribus numeris, expeditius rem absolui posse, eandem verò esse proportionem inter chordarum medietates, quę inter easdem integras; ideò dimissa Ptolemaica, & Antiquorum loquendi forma, noua vocabula in sua lingua excogitarunt, vt in apposito Diagramate nunc manifestum fiet. Sit igitur circulus, b f d, cuius centrum, e, diameter, f d, cui perpẽdiculariter insistat semidiameter, b e, assumpto autem vtcumq; puncto in arcu, b d, quadrantis, vt, c, per ipsum ducatur, c a, parallela, f d, secans, b e, in, g, & arcum, b f, in, a, & ab eodem, c, sit ducta, c h, parallela, b e, incidens diametro in, h, cui etiam erit perpendicularis, & tandem ducantur, e a, e c; Cum ergo Antiqui vocarent, a c, chordam arcus, a b c, (quam &, alij postmodum subtensam, alij inscriptam dixerunt) quæ bifariam diuiditur à semidiametro, e b, in, g, ideò eiusdem chordæ, a c, medietatem tantum, vt, c g, sumentes, ipsam vocauere, Sinum rectum primum arcus, c b, vel anguli, c e b, quem subtendit in centro, e, idem arcus, c b; Sic ergo etiam, c h, dimidium chordæ dupli arcus, c d, dicebater sinus rectus primus arcus, c d, vel anguli, c e d, quoniam verò, c b, complet quadrantem additus ipsi, c d, nempè ipsum, b d, ideò, g c, nedum dicebatur ab ipsis, sinus rectus primus arcus, b c, vel anguli, b e c, sed etiã, Sinus rectus secundus, siue sinus cõplementi arcus, c d, vel anguli, c e d, vnde &, c h, nedũ dicebatur sinus rectus primus arcus, c d, vel anguli, c e d, sed etiã, Sinus rectus secundus, siue sinus complemẽti arcus, b c, quia, c d, additus ipsi, c b, cõplet quadrantẽ, b d, & hoc dum arcus assumpti essent quadrante minores; si verò excessissent quadrantem, vt

ex. g. arcus, f b c, tunc eiusdem sinus rectus, & primus dicebatur c h, quoniam est communis vtrisque arcubus, f b c, c d, semicirculi circunferentiã cõplentibus, eiusdem verò sinus rectus secundus, siue sinus cõplementi vocabatur, c g, quæ est sinus arcus c b, quo arcus, c f, quadrantem excedit; partem verò diametri interceptam inter sinum rectum quemcunq., & eiusdem arcus terminum in eodem diametro existentem, vt g b, vel h d, dixere, sagittã, vel, sinum versum illiusmet arcus, vt, g b, arcus, b c, & , h d, arcus c d, velut etiam h f, sinum versum illiusmet arcus, f b c, quadrantem maioris semidiametrum autem vocabant sinum totũ. Scimus ergo quid apud Sarracenos fuerit, sinus rectus primus, & secundus siue, quem dicunt complementi, propositi arcus, necnon, quid sagitta, vel sinus, versus, & hoc siue sint arcus quadrante minores, siue maiores, & quid sinus totus, quorum quidem nominũ cognitio ad ea, quæ dicenda sunt erit multum necessaria, & ideò quòd rectè apprehendantur valde opus est; his ergo nominibus sibi paratis Tabulam sinuum facillimè construxere, cum essent isti medietates chordarum, quas Antiqui eisdem sappeditauerant.




Successit deinde Io. de Monteregio, qui quidem, eisdem nominibus retentis, vidit commodiorem vsum præstare posse, si ad fractiones euitandas, semidiameter, siue radius circuli cuiuscunque, vt, e d, non in 60. partes, velut Antiqui, & cum eisdem Sarraceni, sed in 6000000. particulas diuisus intelligeretur, & tandem animaduertens maius Vnitatem præstare compendium, ideò radium, e d, non amplius in 6000000. sed in 10000000. particulas sectum esse maluit, & sic Tabulam construxit, in qua apparet, quot dictarum particularum competant sinui recto cuiuscumque propositi

arcus

arcus, priorem quidem ad radium 6000000. posteriorem autem ad radium 1000000. particularum: Sic ergo quouis oblato Triangulo rectangulo notorum angulorum ex. g. Triangulo, c e h, per hanc Tabulam sciri poterat, quot dictarum particularum competerent cuilibet laterum circa rectum angulum existentium, nepè ipsis, e h, h c, cum omnes particulæ ipsi, e c, quæ opponitur angulo recto ad, h, conuenirent; etenim centro, e, ad interuallum, e c, descripto circulo, fit, c h, sinus rectus oppositi anguli, c e d, siue arcus c d; &, e h, quoniam æquatur ipsi g c, ideò est sinus rectus anguli, b e c, vel eidem æqualis, e c h, siue arcus, b c; Verum quoniam in calculo miram facilitatem afferre con- *33. p. Elem.*
spexerat quotiescunque, dictarum particularum, numeris ad Regulam Trium aptatis, esset in primo loco numerus sinus totius, tunc enim per ipsum diuisio fiebat tantum à diuidendo tot notis abiectis, quot essent ciphrę in ipso sinu toto, vel saltem in aliquo Triũ, ideo cum ex alia parte cerneret, quotiescunque in quouis Triangulo rectangulo notos haberemus duos angulos acutos, vt in triãgulo, e c h, notos angnloe, e, c, quod illis respondebant in Tabula duo sinus recti, quorum nullus erat sinus totus, nempè, e h, h c, ideò posito sinu, e h, in primo loco, h c, in se cundo in tertio verò alio quocũque numero (non tamen numero sinus totius) ascripto ipsi, e h, nullibi habebatur sinus totus, & hoc idem incommodum experiebatur, dum ex notis lateribus, e h, h c, in quacunque mensura, venabatur angulos, e, c, ignotos, quod per sinus ęgre poterat obtinere; ideò putauit Tabulam conficere, in qua quoduis laterũ circa rectum angulum posset esse sinus totus, coactus igitur fuit cõstituere, e h, tãquam Radium circuli descripti super centro, e, ex quo deducebatur, h c, non esse intra illum circulum, sed extra, cum ducta sit ab extremitate diametri, h, ad angulos rectos, & ideò circulum tangat, & quærere quot particulæ competterent tangẽti, *Cor. 16 Tert. El.*
c h, earum quarum radius, e h, supponebatur esse 10000000. appellauit autem velut in sinibus, tangẽtem primam cuiusq. anguli, vel illi subtensi arcus, quæ ipsum respicit, eandem autem dixit tangentem secundam, vel complemẽti respectu anguli, vel arcus, quo prædictus deficit à quadrante, vt ex. g. in apposita figura, quæ sit circuli quadrans d a b, ductis tangentibus duorũ arcuum, b e, e d,

sumpto-

ſumptorum,quadrantemq.conſtituentium, ab extremitatib us ra*
diorũ,a b,a d,nempè,d e,bc,quæ occurrant eductæ à centro, a,per punctum,e, in punctis ,c,e; b c,dicta eſt tãgens prima anguli, e a b, vel arcus e b,ſed eadem, tangens ſecunda, vel complemẽti anguli, e ad,vel arcus,e d;& ſic etiam,de, tangens prima anguli,d a e,vel arcus,d e,eadem verò, d e, tangens ſecunda, vel complemẽti anguli, e a b,vel arcus,e b; conſtruxit ergo Tabulam,in qua apparet,quot particularum ſinus totius, ſiue radij,a b, competant cuiuſuis anguli,vel propoſiti arcus tangenti,quam quidem Tabulam ob immenſas vtilitates,meritò Fœcundam appellauit;alij autem eaſdem Tangentes Adſcriptas, vt Breſſius,alij Proſſinus,vt Franc. Vieta poſtmodum appellauerunt;huius igitur Tabulę auxilio notis angulis, & quouis latere in quolibet triang. rectãgulo, illud ſupponebatur tamquam radius,vnde ſi illud opponebatur angulo recto per Tabulã ſinuum;ſi verò erat circa rectum per Tabulam Fœcundam,reliqua venabatur pari Tabulæ ſinuum facilitate, ſemper enim habebat ſiue in hoc caſu,ſiue in alijs, aliquo loco ſinum totum; his ergo paratis,admirabilia ſanè circa utrumq. Triangulorum genus Problemata conſtruxit,ac ualde diffuſam circa eorum dimenſionem doctrinam exarauit,ut in eiuſdem Triangulorum opere uidere licet;hucuſque igitur Antiquorum induſtria chordarum Tabulam, Sarracenorum ope ſinuum, Regiomontani uerò tandem & ſinuum,& Tangentium Tabulas adepti ſumus, ex quibus deinde Copernicus in ſuo de Reuolutionibus opere, quæ ſibi opus erant compendioſa breuitate concinnauit.



Verum non adhuc uiſa eſt Tabularum ſtructura Trigonometriæ conducens vndequaque perfecta, licet .n. per Tabulam fœcundam habeamus ex.g.notam,b c,tangentem arcus,b e,in partibus radij,a b,in triangulo,a c b,utile tamen etiam fore uidebatur ſcire,quod particulæ conuenirent etiam ipſi ,a c, oppoſitæ recto

angulo

triangulo, a c b, vtile tamen etiam fore videbatur ſcire, quot particulæ conuenirent etiam ipſi, a c, oppoſitæ recto angulo, b, earum, quarum radius, a b, ſupponebatur 10000000. & propterea hoc animaduertens Georgius Ioachimus Rheticus, hanc & ipſe Tabulam conſtruxit, vocãs talem lineam, a c, & cæteras omnes oppoſitas angulo recto ad, b, ſiue ad, d, eductas à centro, a, vſque ad tangentes, Hypotenuſas, quas deinde alij dixere, Secantes, alij Tranſſinuoſas, vt Vieta, ſed & ipſe de nouo prædictas etiam duas Tabulas herculeo quidem labore conſtruxit, licet & nomina immutauerit, etenim, quem Sarraceni vocauere, ſinum rectum primum ipſe appellauit perpendiculum, quem illi ſinum rectum ſecundum, vel complementi, ipſe baſim, hypotenuſam verò, vt dictum eſt, quæ opponitur angulo recto; problemata autem circa vtrumq; Triangulorũ genus & ipſe condere cæpit, cuius Opus, quod dictum eſt Palatinum, immatura morte præuenti Lutius Valentinus Otho tandem compleuit, in quo ſe nullum Problema nullum caſum, qui circa vtriuſque generis Triangula contingere poſſit, ſe prætermiſiſſe profitetur: Aureum ſanè opus, licet paucos eſſe putem, qui idipſum à capite vſq; ad calcem percurrere velint, quamuis .n. ſit maxima eruditione refertum, videtur tamen ſtudioſus tam multiplici, & longa Problematum textura ſub initio conſpecta quodamodo deterreri, nimiſq; detineri, dum ad Aſtron. arcana detegenda celeri greſſu citius, quam poſſit, peruenire contendit. Huius igitur ope Tabulæ Trigonometricæ ſinum, Tangentium, atq; Secantiũ completæ fuere, quod quidem opus & alij poſtea aggreſſi ſunt, qui & modum illas conſtruendi omnes tradidere; meum autẽ intentum non eſt his ſingula præcepta, quibus effectæ ſunt, enumerare, ne hic talia immiſcens, quæ paſſim in omnibus, qui de hac re ſcripſerunt, auctoribus videri poſſunt, voluminis molem aliorũ ſupellectile auctam videar affectaſſe; qui autem hoc ſcire cupit, antequam ad alia, poſt hæc duo capita, perlegenda ſe conferat, poterit apud infraſcriptos, vel alios auctores voti compos fieri, & ſubinde ad ſequentium capitum lectionem reuerti; Ptolemæus .n. quomodo Chordarum Tabula conſtruatur, Arabes, quomodo ſinuum, Regiomontanus quomodo Tangentium, cum ipſorũ ſinuum Tabula, Rheticus quomodo ſinuum, Tangentium, & Secantium, & hoc

idem Clauius, Nicolaus Raimarus, Thomas Finkius, Erasmus Rheinoldus, Philippus Lāsbergius, Bartholomæus Pitiscius, Maginus, & sinuum recentissimus, Beniamin Vrsinus, Tabulas condere illum satis edocebunt; Cui autem libuerit, vt nunc & mihi, poterit easdem supponere iam constitutas, breuitati namque studens, satius esse existimaui super aliorum parietes struere ędificiū, quam de integro, actū agens, hoc opus moliri, quo nihil studiorum incremento conducibilius; sufficiet autem ex hoc capite intelligere, quantum circa Tabularum constructionem, & subinde circa ipsius calculi fundamentum Posteriorum ope progressa fuerit ipsa Astronomia.

CAPVT TERTIVM.

De Triangulorum vtriusque generis resolutione ope dictarum Tabularum comparata, difficillima quidem apud Antiquos, faciliori tamen apud Posteriores.

Ex triplici capite resolutionis vtriusque generis Triangulorum iure pendere videtur omnis difficultas; primò ex parte Tabularum, secundò ex parte Problematum, quæ circa Triangula construuntur in ordine ad Tabulas, tertiò tandem, & vltimò ex parte applicationis ipsorum Problematū eisdem Tabulis efficiendę, ex qua vltimatè eorundem resolutio pendet; prima igitur difficultas, quę oritur ex parte Tabularum maximum Ptolemęo, & Antiquis fecit negotium, etenim, vt in ant. cap. dictum est, ob suppositionem radij circuli 60. partium, continuò in calculo in fractiones incidebant, quod maximè operantem perturbare solet; cui quidem defectui per suppositionē ipsius 6000000. siuè 10000000. particularum, vt dictum est, Posteriores occurrerunt. Sed & alium incommodum ex Tabularum inopia illi patiebantur, quę quidem secundę difficultatis radix erat; cum enim non nisi Chordarum Tabulas haberent; Problemata absoluere expedita circa Triangula minimè valuerunt; sed primò semper illis opus erat Triangula non rectangula, demisso ab vno angulorum ad oppositum

tum

tum latus perpendiculo, ad rectangula reducere, quod ſanè operationem ſemper duplicabat; ſecundò in numeros integros cum fractionibus quadrandi, ipſorumque quadratorum ſimul iunctorum radicem extrahendi neceſſitatem, quod valde difficultatem auget, ſæpius incidebant; tertiò tandem in ſphęricis Triangulis vtebantur Regula, dicta ſex quantitatum, præcipuè Ptolemęus qua Regula Trium bis vti, vt plurimum, cogebantur, quod pariter longam, & difficilem operationem reddebat; hac igitur Tabularum inopia factum eſt, vt Antiqui in anguſta Problemata circa Triangula incidere coacti fuerint. Poſteriores igitur cum, primę occurrentes difficultati, Tabularum copiam, ſinuum nempè, Tangentium, atq; Secantium, ſibi parauiſſent; idcircò facilius illis exſtitit ſecundam euitare difficultatem, compendioſioraque circa Triangula Problemata adinuenire, vti fecerunt; vnde nec latera quadrare, nec radices ſumere quadratas, nec ob Regulam ſex quantitatum, quam dimiſerunt, Regulam Trium duplicare cogebantur, ſed pro duabus vnam ſubſtituentes, in breuiorem, ac faciliorem praxim operationes deduxerunt, vt in Regiomontano, & in cęteris ſuperius enarratis poſt ipſum auctoribus, cuicunque libuerit, videre licet; meum enim non eſt cuncta cuiuſque Problemata hic ad trutinam reuocare, palmamq; ei tribuere, qui meliora conſtruxerit; mihi .n. tantum non arrogo; ſed hoc melioris ęſto iuditij; ego enim ex ijs, quę mihi potiora videbuntur, & ad rem noſtram magis accommodata ſeligere tantum intendo; non quod cęteras ſpernam, ſed, vt, quàm facilioribus, ac compendioſioribus poſſibile ſit inſtrumentis, cęleſtis diſciplinę, ſtudioſus, inſtructus, atq; paratus, ad diuinæ huiuſce apicem ſcientiæ per hæc quàm ocyſſimè peruenire poſſit; ſuam .n. cuique laudem tribuendam eſſe eorum ingens labor iuremeritò poſtulat. Secunda igitur difficultate maxima ex parte ſubiugata, adfuit illa, quam ex tertia oriri capite iam dixi, quam quidem ineuitabilem eſſe plures etiam Poſteriorum putauerunt, nectitur autem hęc tertia difficultas cum ſecunda ex prima autem ſuam quodamodo originem trahit; eſt autem hęc, vſus Regulę Trium, ſiue Aureę, quę in cuiuſuis circa Triangula reſolutione Problematis obuenire ſolet; quę quidem cum poſtulet (numeris concinnè ad ipſam Regulam aptatis) ſemper multiplicari ſecun-

dum numerum in seipsum (si duorum quęratur tertius proportionalis) vel multiplicari secundũ in tertium (si trium quęratur quartus proportionalis) factumque diuidi per primum, vt tertius in priori, & quartus proportionalis in posteriori casu prouenire possit quemadmodum ex 19. & 20. septimi Elementorum edocemor, viderunt tandem Posteriores Scyllam euitare volentes in Carybdim nolentes incidisse, etenim fractiones Ptolemaicas, & Antiquorum, per suppositionẽ radij 60. partium, respuentes, illumque 6000000. vel 10000000. particularum assumentes in magnorum numerorum & multiplicationis, & diuisionis necessitatem se tandem deuolutos esse cognouere, cernere autem nullum Triangulorum Problema sine Triũ Regula resolui posse, omnes adeò torsit, vt plurimi, quos, prę cęteris, reddidit anxios hęc difficultas, totis viribus de eadem cum cęterarum videatur esse compendium, aliqualiter superanda excogitauerint.

Cum ergo in Regula Trium duplicem operationem adhiberi, multiplicationem scilicet, ac diuisionem, cernerent; earum vnam facillimam reddi conspexere, quotiescumque esset in aliquo loco sinus totus, si enim erat in primo facillima fiebat diuisio, vtpote tot notarum abiectione à diuidendo, quot erant ciphræ in sinu toto; Si verò in secundo, vel tertio loco erat, fiebat facillima multiplicatio, nempe additione tot ciphrarum ad multiplicandum facta, quot ciphras habebat sinus totus, & propterea inter alios, quos viderim, qui de hoc solliciti fuerint, apprimè Maginus in suo primo Mobili Triangulorum Sphæricorum Problemata sic adaptauit, vt in primo loco Regulę Trium semper esset ipse sinus totus, nonnihil diuisionem, quam multiplicationem difficiliorem existimans, & aliam etiam ob causam, quæ infra dicetur, adhoc autem illi mirificè deseruierũt tres primę Analogię, quę inter sinus, Tangentes, & Secantes reperiuntur, quæ ab ipso demonstrantur ibidem lib. 1. cap. 3. sunt autem tales, nempè.

Vt sinus primus alicuius anguli, vel arcus est ad sinum totum, ita hic ad Secantem secundam eiusdem, & conuertendo.

Vt Tangens prima eiusdem ad sinum totum, ita hic ad Tangentem secundam eiusdem, & conuertendo.

Vt Sinus primus ad sinum secundum eiusdem, ita sinus totus

ad Tangentem secundam eiusdem, & conuertendo. His igitur in sphericis Triangulis (etenim in planis iam sciebat trium Tabularum auxilio, vt ex ant. cap. patet in 1. loco semper haberi posse sinum totum) vsus est ad occurrentes in Regula Trium proportiones commutandas; Si enim habuisset in 1. loco sinum primum alicuius anguli, vel arcus, in 2. verò sinum totum, in 3. verò quemcumq. alium numerum, ex vi superioris 1. Analogiæ, vicæ huius propositionis, quam habebat sinus 1. ad sinus totum, substituebat proportionem, quam habebat sinus totus ad secantem secundam quę erat eadem priori proportioni. s. ea, quam habebat sinus primus ad sinum totum: sic ergo aptata erat Regula Trium habens in 1. loco sinum totum, in secundo secantem secunda. In tertio eundem numerum, qui prius, ex quibus eliciebatur idem quartus proportionalis, qui haberi potuisset ex illis prioribus numeris, sine hoc artificio, suis locis relictis: Si verò contigisset nullibi in Regula Trium esse sinum totum, tunc vnica operatione, nempè resolutione Regulæ Trium semel facta (existente in 1. loco sinu toto) eodem ad tales reducebat, qui habebant in 1. loco sinum totum; vt ibidem ad Analog. primæ Compend. secundum ipse declarat; tali igitur artificio tum hac, tum cæteris vsus Analogijs, siue directis, siuè conuersis, quascumque in calculo sibi potuissent obueniri proportiones ita stabiliuit, vt semper esset in 1. loco sinus totus, quodam summum operationem duplicando tandem obtinuit, vt ibidem videre licet. quod quantum tollat tertiæ iam dictę difficultatis nemo sanè inficiari potest. diuisionem enim euitare docens, dimidium ipsius difficultatis subleuare videtur. Sed quid nō emit illius indefessum studium? quid non molitus immensus labor? quatuor ingentes, quas Analogiarum dixit, Tabulas construxit, quibus nedum diuisionem, sed omnem etiam multiplicationem è medio tollere conatus est, in ijs. n. Trium numerorum adhibitur eorum arcubus habentium semper in 1. loco sinum Totum (propter hoc enim etiam dicto vsus est artificio) quartus proportionalis in area facili sese offert operatione, hoc animaduerso, quod si in Regula Trium secūdus, tertius, & quartus numerus sint sinus, oportet vti Tabula primę Analogię, si secundus sinus, tertius secans, vel è contra, & quartus Tangens, tertię Analogię: & tandem

si secundus, & tertius sint Tangentes, & quartus sinus ea, quę dicitur quartæ Analogiæ; quibus quidem Tabulis, vnico, uel ad summum duplici ingressu laterali, omnem Triangulorum calculum absoluere professus est, quo quidem nihil expeditius inueniri posse iure videbitur esse existimandum.

Alij pariter eundem lapidem mouere alia ratione conati sunt; etenim Nicolaus Raymarus Dithmarsus per solam artem, quam appellat, Prostaphæresim, quartum numerum in Regula Trium venari docuit tali præcepto, quod tamen semper esse in 1 loco sinum totum, in alijs vero locis sinus esse supponit. Quotiescunque igitur (inquit) est, vt sinus totus ad sinum, ita alius sinus ad ignotum sinum, qui quæritur, sumantur arcus, quorum secundus, & tertius sunt sinus, & eorum minor addatur complemento maioris, (cui quidem complemento, vel ille minor arcus erit æqualis, vel minor, vel maior) quomodocunq. autem sit, sumatur cōflati arcus sinus, atq. seruetur, etenim si ille minor arcus fuerit æqualis cōplemēto maioris, dimidium seruati sinus erit quartus sinus, qui quæritur; si verò fuerit illo minor detracto eo minori arcu ex complemento maioris, residui inuentus sinus tollatur ex superioris conflati arcus seruato sinu, huius enim relicti dimidium erit quartus sinus, qui quæritur; Si tandem ille arcus minor fuerit maior dicto complemento, tunc auferatur complementum ex illo arcu minori, & residui inuentus sinus addatur conflati prioris arcus seruato sinui, & totius dimidium erit quartus sinus, qui quæritur. (Verba illius immutaui, vt clarius hæc quidem pulcherrima Prostaphæresis intelligeretur) cum igitur Raymarus huius schema, sed non demonstrationem attulisset, eam postmodū tradidit Clauius in suo Astrolab. ad Lemma 53 & Magnus in primo Mobili lib. 1. th. 33. Verum vtrique isti post Raymarum, quæ eam in finibus, & cum esset in primo loco sinus totus, tantummodo docuerat, ipsam ita extenderunt, vt etiam numeris aptari possit non habentibus in primo loco sinum totum, siue sint sinus, vel Tangentes, siuè Secantes, vt enim & istæ in vsum huius Prostaphæresis venire possent, eosdem reducere ad sinus habentes in primo loco sinum totum ambo docuerunt, licet tot cautionibus oneretur calculator, vt non minorem per hanc, quam per consuetam praxim multipli-

cationis, & diuisionis illi videatur crucem figi; cui tamen hac vti liberet eosdem auctores adire poterit; ibidem enim Clauius in suo Astrol. & Maginus in dicto primo Mobili, loco citato necnon lib. 2. cap. 2. (ubi ad hanc alteram Prosthaphæresim, quam appellat secundariam, velut illam Raymari primariam 7. tradit Regulas obseruandas, vt etiam sine reductione ad sinus, dummodò sinus totus sit in primo loca per illius Magnum Canonem hoc expediri possit) illi abundè satisfacient; hoc autem in sua Astron. Dan. Seuerinus Longimont. recentissimè etiam molitus est.

Tandem verò & organa, seu Instrumenta ad propositum apta, enumerari possent, veluti quadrās Planisphærij Catholici, & quadrans sinuum, quorum constructionem, & vberrimum vsum Maginus explicauit, necnon Clauij Astrol. quibus Regula Trium pariter absolui potest; sed quoniam circino innititur praxis, qui non tam exactè rem præstat, quàm opus esset, ideò hæc missa facio, satis existimans ex iam dictis intelligi posse quātum ad Maginum, vsque in hac tertia difficultate subleuanda. Posteriores insudauerint; hæc enim sunt eorum ad hoc inuenta potiora, quæ memoratu digna migi visa fuerint, quæ quidem omnia cum eleganti ordine, ac mira facilitate, quæ (si fortè noxia videretur) illius prolixitatem compensare potest, egregiè Maginus explicauerit, quantum illi debeat tota Posteritas vnusquisque, tamquam luce clarius intueri potest.

CAPVT IV.

De mirifico Io. Neperi Logarithmorum adinuento, quo inter cætera Recentiores Trium Regulam soluere facilimè didicerunt.

HVius sanè admirabilis Inuenti primas iure tenet prædictus Io. Neperus Scotus Baro Merchistonii, qui cum Natalium splendore Mathematicarum præcipuè scientiarum clarissimā iungere lucem, quam ignorantiæ tenebris ingenitam nobilitatem obuelare, maluit, Is enim cum diutius in prædicti cap. tertia iam dicta difficultate Regulæ Trium subleuanda præcipuè laborasset,

mira

mira quidem adinuenit compendia, & per Virgulas, & per calculos mobiles, vt in eiusdem apparet Rabdologia, & aliis modis ad multiplicationis,& diuisionis facilitatem astruendam;sed præcæteris Inuentis hoc quidem præclarissimum fuit, quod ipse prius Artificialium,postmodum verò Logarithmorum appellauit, qui vice sinuum, Tangentium,& Secãtium substituti,quos Naturales numeros vocabat,ita rem expedire comperti sunt, vt eorum adinuicem facta subtractio diuisioni,additio verò multiplicationi numerorum,quibus ascribuntur dicti logarithmi optimè supplere possit;Quos quidem licet aliqui Iustum Byrgium prius subodorasse velint,cum illius tamen circa Logarithmos nihil in lucem prodierit,huius Inuenti,quod omnium primus ipse Neperus publici iuris effecit, prima eidem laus non videtur profectò deneganda: Sed vt rem saltem in vniuersali vnusquisque melius intelligere possit,altius ab ipsius Geometricæ,& Arithmeticæ Proportionis natura,nonnullisque proprietatibus nobis est ordienda speculatio, quam quidem per quædam Notanda, ad maiorem captum,& commoditatis gratia nunc distinguemus.

Notandum primo igitur est circa Proportionem, quæ, ex Euclide lib. 5 def. 3. est duarum magnitudinum,quatenus ad quantitatem attinet,mutua quædam habitudo; & ideò semper inter duos terminos reperitur ipsam habere suum denominatorem, vt in Arithmeticis explicari solet,qui quidem prouenier, si terminũ, qui comparatur per terminum,ad quem fit comparatio,idest si antecedentem per consequentem terminum diuidamus, vt ex g. proposita proportione 3. ad 1. denominator huius proportionis erit 3. quoniam 3 diuisa per 1 dant 3. similiter Denominator proportionis 3. ad 2. est 1 cum dimidio. quia 3. diuisa per 2. dant pro ipsum pro quotiente, & sic in cæteris, & quia proportionum æqualium Denominatores sunt æquales, inæqualium verò inæquales, nempè maior, maioris, & minor minoris; ideò si vellemus ad Trutinam Proportiones examinare, earumque quantitates, siue valores, vt ita dicam ponderare, aptissimi fortè ipsarum Denominatores alicui videri possent; veruntamen is satis intelliget per eos rectè minimè hoc haberi posse, qui proportionum incrementum, & decrementũ cum Denominatorũ pariter incremẽto ad decremen

eo eandem rationem nequaquam seruare animaduertet; id autem in hoc exemplo clarissimè liquet; si enim simul tres proportiones duplas coniungamus, vt in his numeris 8.4.2.1.componetur proportio 8.ad 1. nempè octupla, quod si tres Denominatores proportionis duplæ simul addamus, nempe tres binarios (est .n. 2. Denominator duplæ) fient 6. Denominator proportionis sexcuplæ, non autem octuplæ; patet ergo, quod triplata proportione, non est Denominator ipsius triplus Denominatoris dictæ proportionis, quæ triplatur, nam 8. qui est Denominator octuplæ non est triplus binarij, qui est Denominator duplæ; cum tamen proportio octupla sit tripla, vel triplicata proportionis duplæ, frustra ergo respiceremus Denominatores, vt nobis proportionum incrementa, & decrementa innotescerent; siue, vt quantitatem proportionum, quem earum voco Valorem, dignoscere possemus; hoc autem excellentissimè præstant Logarithmorum differentiæ, vt in progressu explicabitur, quas quidem differentias, Proportionum Valores, congruèrer iam dictis imposterum appellare poterimus. Verum dicet aliquis, oblata vtcumq; aliqua proportione; est ne aliquis numerus naturaliter exprimens valorem illius proportionis, ita vt per alium hoc haberi non possit, vel non? Ad hoc respondeo, quod licet illa proportio sit determinatæ quantitatis, & valoris; non tamen ita vni certo numero illum exprimenti, alligamur, vt, per alios quoscunque, imo, & per ipsius denominatorem, idipsum etiam explicare non possimus, si proportio solitaria proponatur, & independenter ab omni alia, ita vt ipsius valor intelligatur primo denominatus; Res enim hæc perinde se habet, ac in monetis aureis, vel argenteis, licet enim ex g. Ducatum argentuũ sit ratæ, ac determinatæ quantitatis; ipsum tamen libet Romæ per decem Iulios denominare Bononiæ per quinque libras, Venetijs per nouem libras, & alibi prout libet eis, ad quos Reipublicæ gubernatio pertinet; neque hæc Ducatum denominandi varietas vllum errorem parere potest, si deinde hoc semper in vnaquaque ciuitate seruetur, vt cæterę monetæ Ducato inferiores, vel superiores iuxta ratam denominationis Ducati, & ipsæ denominentur; sic igitur, & in proportionibus se res habet, possumus enim quamuis primò nobis oblatam proportionem tamquã quoddam integrum

quouis numero (qui solet esse differẽtia inter duos Logarithmus) denominare; hoc tamen deinde seruandum est in cæteris proportionibus, vt quæ pars erit secundò oblatâ primò oblatę proportionis, eadem pars sit numerus exprimens Valorem huius secundæ proportionis, numeri exprimentis Valorem illius primæ quam iure merito Radicalem possumus appellare; si ergo proponeretur proportio dupla tamquam Radicalis, & denominaretur illius Valor numero 3. Valor octuplæ deberet denominari numero 9. si ille num. 2. hic num. 6. & ita semper debent aliarum proportionum nō Radicalium Valores denominari, siue characterizari, vt quemadmodum se habet proportio quælibet ad Radicalem, ita numerus illius Valoris ad numerum Valoris proportionis Radicalis, quos quidem numeros ipsarum proportionum Valores impost erum breuitatis gratia vocare poterimus.

Not. 2. oblata quauis proportione tamquam Rad'cali, vt ex. g. quam habet 7. ad 3. dupliciter illius valorem illij ascribi posse, vel sic $\frac{3}{7}$ 10. nempè medio loco scribendo valorem per libito nostro assumptum, vt 10. Vel eisdem iuxta ponendo duos numeros dicto Valore, ideſt 10. Vnitatibus differentes, vt patet in columellis B. C. D. E. in quibus diuersi numeri, & diuersimodè positi differunt 10. Vnitatibus, ideſt Valore proportionis A, quã habet 7. ad 3. Ex quo patet nedum liberum esse denominare proportionis radicalis valorem; sed eo statuto liberum adhuc esse quosuis numeros deligere, qui differant statuto valore; qui in Tabula præscribuntur ipsis 7. & 3. veluti se habent numeri B. C. D. E. isti autem sunt, qui possunt vocari logradicales proportionis radicalis, A, quicunque ex illis sumantur; ita vt logarithmi radicales duorum numerorũ radicalem proportionem continentes vniuersalissimè diffiniri possint, quod sint numeri illius proportionis Valore differentes, siue, quorum differentia exprimitur quantitas, seu valor dictę proportionis, vt supra dicebatur; hoc autem posteriori, non autem priori modo Neperus proportionum Valores tabulauit; cæterum si assumantur alię proportiones ad radicalem respectum habentes, logarithmi terminorum

A	B	C	D	E
7	11	21	0	10
3	21	11	10	0

rum illarum proportionum erunt numeri pariter valore dictarum proportionum differentes, qui ad Valorem proportionis radicalis ita ſe habeat, vt proportio, cuius eſt valor ad proportionem radicalem; ex quo fit ſi proportiones ſint æquales, quod etiam dictę differentiæ ſiue dicti valores ſint æquales; His igitur congruè Henricus Briggius in ſua Arit.log. ſic eoſdem log. diffiniuit; nempè log. ſunt qui proportionalibus numeris adiuncti, æquales ſeruant differentias, Neperus autem licet aliter videatur hæc explicare in ſuo opere de log. per motum ſcilicet, quem appellat Geometricum, & alium Arit. dicens. Log. cuiuſque ſinus eſſe numerum quamproximè definientem lineam, quæ æqualiter creuit interea, dum ſinus totus proportionaliter in illum ſinũ decreuit, exiſtente vtroq. motu ſynchrono, atque initio æqueueloce; hæc tamen in vnum tandem coincidunt; dum .n. in linea motus geometrici continuantur proportiones æquales, nihil aliud intendere velle videtur niſi, quòd in linea motus Arit. continuentur illius partes ęquales, quæ numero expreſſæ indicant nobis quantitatẽ, ſiue valorem proportionum æqualium, quod quidem, & Briggianæ, & meæ definitioni cõformatur; videtur tamen Neperus Valores potius, quam terminos valorum log. appellare, verum quia attenta log. qualitate, quos ipſe tabulauit, euadit idem numerus valoris, & vnius terminorum, quoniam aſſumpſit ciphram pro log. ſinus totius, vt melius infra explicabitur, propterea mirum non eſt Neperi definitionem ſic ſe habere; Sic ergo nedũ intelligemus log. terminorum quarumcunq. proportionum ad vnam quandam radicalem reſpectum habentium, iuxta Briggij mentem, eos eſſe, qui numeris proportionalibus adiuncti æquales ſeruant differentias, ſiue Valores; ſed, qui numeris quarumcunq. proportionum ad radicalem reſpectum habentium adiuncti, eas ſeruant differentias, ſiue Valores, qui habent eundem reſpectum inter ſe, vel ad Valorem radicalis, quem habent ipſę proportiones inter ſe, vel ad radicalem comparatæ; quo quidem clarius, & vniuerſalius, mihi res videtur explicari, etenim, vt in monetis, quam rationẽ habet maſſa argenti, quæ eſt in Ducato ad maſſam, quæ eſt in decima parte illius, vt in Iulio, eandem habet Valor Ducati ad libitum denominati ad valorem Iulij, ita, quam rationẽ habet proportio radicalis ad quam-

tis aliam, quæ ad ipſam reſpectum habeat; eandem habere Valorem proportionis radicalis ad valorẽ iſtius proportionis ęquũ eſt.

Not. 3. quoniam quælibet proportio geometrica, & poteſt continuari, vt veluti 1. ad 2. ſic 2. ad 4. 4 ad 8. 8. ad 16. & ſic deinceps, & poteſt per intermedios terminos ſecari, vt ex. g. ratio 1. ad 16. ſumptis medijs 2. 4. 8. in rationes 1. ad 2. 2. ad 4. 4. ad 8. 8. ad 16. ſtabilitis radicalibus logarithmis vnius dictarum proportionum à qua reliquæ, ſiue per continuationem, ſiue per ſectionẽ pendent, quod ad libitum fieri ſupradictum eſt, non amplius liberum eſſe, vt dictum eſt cæteris proportionibus valores, & eorum terminis logarithmos aſſignare, ſed hos ex radicalibus omninò dependere, ex illiſque venandos eſſe tali pacto. Sit ex. g. in columella, A, expoſita quæcumque proportio, vt 1. ad 2. ſint præfixi eiuſdem terminis radicales Logarithmi quicumque, vt 3, 9. differentes valore 6. vnitatum ad libitum aſſumpto, ſit deinde dicta proportio cõtinuata, vti vides in columella, A, dico cæterorum numerorum Logarithmos ad libitum fingi non poſſe, ſed neceſſariò ex dictis radicalibus ſic deducendos eſſe; ſicuti ergo proportioni 1. ad 2. addita eſt proportio 2. ad 4. eadem prædictæ ita valori illius proportionis, qui eſt 6. Vnitatum addendus eſt itidem valor 6. Vnitatũ, ideſt ipſi 9. addentur 6. Vnitates, & fient 15. pro Log. numeri 4. & ita num. 8. reſpondebit Log. 21. ipſi 16. Log. 27. & ipſi 32. Log. 33. etenim veluti proportiones continuatæ ſunt æquales primæ, ita valores continuati debent eſſe ęquales valori primę proportionis, qui valores cum ſint differentiæ dictorum Logathmorum, ideò ex hoc concluditur, (quod eſt potiſſimum in hoc negotio,) Logarithmos numerorum continuè proportionalium neceſſariò ſeſe æquali exceſſu ſuperare, & ideo eſſe Arithmeticè proportionales, ex quo deinde mira nobis compendia manant: hęc autem Log. ſeries poteſt etiam inſtitui conuerſo modo, vt in columella, C, aſſumptis radicalibus Log. 33. & 27. erunt enim ijdem valores intermedij licet Log. conuerſo ordine procedent; & erunt pariter

E	A	B	C	D
3	1	3	33	6
6	2	9	27	18
12	4	15	21	30
24	8	21	15	42
48	16	27	9	54
96	32	33	3	66

Arith-

Arithmeticè ꝓportionales: quia verò omnes numeri ꝓportionales proportione geom. illis, qui sunt proportionales proportione Arith. sunt etiam Arith. proportionales, & ideo eorum differentię sunt ęquales, & sumi possunt pro valoribus proportionum continuatarum, ideò & isti possunt esse eorum Logarithmi nempè numeri columellę, D, qui sunt proportionales numeris Log. B, possunt & ipsi esse Log. seriei A, & similiter possunt esse Log. seriei, E, quorum numeri sunt proportionales numeris seriei, A, quoniã vt eadem proportio continuatur in serie, E, ita idem valor continuatur in serie, D, vniuersaliter igitur habemus propositis duabus seriebus vna numerorum geometricè proportionalium, altera log. eorundem, quod isti possunt etiam haberi pro log. numerorum alterius seriei proportionalium cum prædictis, & quod quilibet numeri proportionales log. propositæ seriei possunt assumi pro log. eiusdem seriei, licet vnicam tantum log. seriem, veluti & numerorum operationibus consentaneum sit constituere, quę autem diximus de proportione cõtinuata eadem intelligi possunt de proportione diuisa in quotcunq. proportiones æquales, tunc .n. etiam valor integrę proportionis secãdus pariter est in tot valores ęquales, quot sunt proportiones ęquales, vt si in serie, A, intelligemus proportionem 1. ad 32. (cuius log. radicales 3. & 33. differentes valore 30. Vnitatum) secari in quinq. proportiones ęquales, scilicet in eam, quam habet 1. ad 2. 2. ad 4. 4. ad 8. 8. ad 16. 16. ad 32. tunc etiam dictus valor secandus est in 5. partes ęquales, & sic valor vniuscuiusque proportionis componentis iam dictam erit 6. Vnitatum, & ita quærentes numeros, qui hoc differant valore reperiemus logarithmos numerorum intermediorum, qui quidem erunt ijdem log. seriei B. eadem dici possunt circa reliquas series, isti ergo pariter cõstituent Arithmeticã proportionalitatẽ scimus ergo quomodo ex log. radicalibus oblatæ proportionis, quæ deinde, vel continuetur, vel in alias diuidatur cæterorum numerorum log. habeantur, ita vt Vniuersaliter dicere possimus: Log. numerorum in aliqua serie geometricè proportionalium esse numeros valore differentes, qui ad valorem primę proportionis cuius terminis radicales log. pręfiguntur habeãt eandem rationem, quam proportio cuius ęst valor ad eandem primam proportionem: ita vt si *Log. Def.*

pro-

proportio ſit tertia pars illius proportionis, .i. ſi tres proportiones huiuſmodi ipſam componant, tres huius valores illius reddant valorem, ſi verò hęc proportio ſit illius quadrupla, huius valor ſit illius quadruplus, & ſic in cęteris earundem proportionibus, quę quidē licet via diuerſa in eūdem ipſius Neperi, ac Briggij ſcopum attentè conſideranti tendere facilè videbuntur.

Notandum quartò, quod licet liberum ſit Logarithmos radicales terminis proportionis ad quam cętera intelliguntur reſpectum habere (quam ſuperius proportionem radicalem appellauimus) aſſignare, tamen eoſdem tales deligere, quales operationis facilitas exigere videtur, conſentaneum eſſe; & propterea Neperus dum ſinibus, Tang. & Sec. Log. aſcribere vellet, non quoſuis promiſcuè aſſumpſit numeros pro log. radicalibus, ſed eos quidem tales vt operationes facillimas reddere poſſent; & propterea cum animaduerteret ſæpiſſimè in Regula Trium reperiri ſinum totum, voluit eidem pro log. radicali pręfigere ciphram, vt in Regula Trium poſſet etiam vtplurimum (tantę molis hoc fuit artificium) additionis, & ſubtractionis, quę multiplicationi, & diuiſioni, vt videbimus, in Tabula huiuſmodi ęquipollent, alteram euitare, ita vt, vel ſola additione, vel ſola ſubtractione, tota Regula expediri poſſet; quęnam autem fuerit proportio, à qua reliquarum valores ęſtimauerit, fuit quidem ea, quam habet ſinus totus ad ſinum eo minorem Vnitate, cuius valorem deduxit ex velocitate dictorum motuum proximè eſſe 1.0000005. quem ſtatuit pro log. radicali numeri 9999999. licet quemcumq. valorem poſſet iuxta ſupradicta eidem aſcribere proportioni radicali, & ex eo cęterarum pariter valores deinde venari; poſſumus autem quamcumq. proportionem, quę ſit inter ſinus, eligere pro radicali, & log. eiſdē aſcriptos in tabula Neperiana pro radicalibus cęterorū habere, vt ex. g. ſi aſſumpſerimus proportionem duplam, nempè, quam habet ſinus totus ad ſui dimidium, ideſt ad ſinum g. 30. pro radicali proportione, inueniemus in eadem tabula logarithmum ſinus totius eſſe ciphram, & ſinus g. 30. eſſe 6931469 qui quidem ſi intelligantur tamquam radicales, ex quibus cæteri deducantur, eoſdem logarithmos prouenire, quos Neperus inuenit facilè comperiemus, ſi huius valor ad valorem cuiuſuis alię proportionis fiat veluti ipſa pro-

proportio radicalis ad talem proportionem; Aduertendum est autem, quòd licet in superius adductis exemplis, in quibus non assumitur ciphra pro logarithmo valor proportionis semper sit alius à quolibet logarithmorum, qui ascribuntur terminis eiusdem proportionis, tamen in Tabula Neperiana, quoniã logarithmus sinus totius est ciphra, & logarithmus dimidij eiusdem, idest g. 30. est 693 : 469. & valor proportionis est semper differentia logarithmorum terminis eiusdem ascriptorum, & hic log. sunt ciphra, & numerus 6931469. quorũ differẽtia est idem numerus 6931469. quod ideò hic valor proportionis sinus totius ad sinum g. 30. coincidit cum logarithmo g. 30. & sic valor proportionis sinus totius ad quemuis sinum coincidit cum logarithmo eiusdem sinus, & ideò singuli logarithmi in tabula Neperiana sinibus ascripti, (qd & de Tangentibus, & Secantibus verificatur) sunt etiam valores proportionum, quas habet sinus totus ad eosdem, qui quidem log. dicuntur positiui siue abondantes, si sint ascripti sinibus, siue numeris infra sinum totum, priuatiui autem, vel defect ui, dum ascribuntur Tangentibus, vel Secantibus, vel numeris supra sinum totum, quia tunc nihilo minores euadunt.

Not. 5. licet numerorum geometricè cõtinuò proportionalium statuta vna proportione tamquam cęterarum radicali, eiusdemq. denominato valore, & radicalibus logarithmis eiusdem terminis ascriptis facilè sit cęterarum logarithmos inuenire, quoniam veluti continuatur eadem proportio, ita cõtinuatur idem, siue ęqualis valor, ex quo facilè habentur cęterorum logarithmi tamen exposita numerorum serie, qui non efficiant vnum ordinem cõtinuò geometricè proportionalium, quales sunt sinus, Tangentes, & Secantes, tunc maximam circa hoc oriri difficultatem, cum non facilè appareat, proposita proportione radicali, quota sit quęuis alia proportio eiusdem proportionis radicalis, & si quidem posset inueniri proportio, quæ mensuraret proportionem radicalem, & cæteras omnes, ad modum, quo in magnitudinibus commensurabilibus vniuersaliter reperitur communis mensura, vtique facilis esset inuentio valoris cuiusuis proportionis, sed quoniam possunt dari proportiones incommensurabiles (si tamquam quædam magnitudines concipiantur, quibus vniuersaliter inesse posse incommen-

sura-

surabilitatem demonstratur 10.Elem. prop. 1. & 2.) ideò earum valores pariter incommensurabiles erunt, nec illi numeris tunc exprimi poterunt; cui quidem difficultati, vt occurreret Neperus, cogitauit quandam seriem numerorum geometricè proportionalium descendentium ab sinu toto sibi esse construendam (quos disposuit in Tabula, quam appellauit Radicalem) eamq. ex tam exiguis proportionibus componere (quas Atomas vocare possumus, cum ijsdem minores in Tabula non reperiantur) vt sinus, vel inciderent in ipsos numeros tabulæ radicalis, vel saltem parum ab eisdem distarent; ita vt cum iam inuenti essent logarithmi Tabulæ radicalis, cæteri intermediorum logarithmi per inuentionem partis proportionalis facilè reperiri possent ex logarithmis ascriptis in dicta Tabula prædictis numeris, quibus dicti sinus appropinquabant; &, vt res saltem in vniuersali intelligi possit sciendum est, quod ipse adinuenit proportiunculam, quæ si non esset cōmunis mensura omnium proportionum, quæ cadunt inter sinus, insensibiliter tamen ab ipsa distaret, ita vt error nullius consideratio-nis in Astronomicis calculis nobis tantū obuenire posset, & sic incipiens à sinu toto 7. ciphrarū, assumpsit proportionē 10000000. ad 9999999. tamquam athomam, & à sinu toto eandem cōtinuauit quousq. vidit tam minuta sectione sibi opus esse, deinde illius vice alias rursus, quæ ex his componerentur proportiones pariter continuauit, vt videri potest in constructione Canonis log. eiusdem Neperi, neque .n. illius singula hic recensere volo, & sic Tabulam Radicalem construxit, in qua omnes sinus à sinu toto vsque ad sinum g. 45. eiusdem numeris clauderentur, ex quibus eorundem sinuum logarithmos pro partis proportionalis (cum opus fuit) inuentionem venatus est, per 49. 50. eiusdem opusculi, & ex his reliquos à g. 45. vsq. ad 1. minutum per prop. 58. exquisiuit, & ex his logarithmos Tangentium, & Secantium adinueniens Tabulam logarithmorum ipse compleuit, quam quidem omnium Tabularum Mathematicarum prēstantissimam esse pronunciauit; Sic igitur sinus, Tangentes, & Secantes concipiendi sunt esse omnes in quadam serie numerorum geometricè proportionalium descendentium ab sinu toto, & ascendentium supra eundem per proportiones minimas continuo incedentes, sic .n. facilè intelligimus

gemus quomodo eorum habeantur logarithmi, & similiter quomodo logarithmi spectantes ad terminos æqualiũ proportionum differant æqualibus valoribus, sintq. Arithmeticè proportionales, & propterea quas operationes circa logarithmos cuiusuis seriei numerorum geometricè proportionalium efficere possumus, easdem circa logarithmos Neperianos sinuum, Tangentium, & Secantium eodem modo fieri posse, vnde quæ nunc explicabimus eisdem logarithmis conuenire pariter intelligemus.

Not. igitur 6 & vltimò per hos logarithmos facillimè Regulam trium solui posse, hic .n. est eorum scopus principalis, ad quem instituti sunt, quod nunc in apposito exemplo apparebit. Sint ergo duæ numerorum series, C, D, nempè, C, numerorum, siue sinuum, D, autem logarithmorum eorundem, esto autem quod habeamus tres numeros, 2. 4. 16. quorum velimus quartum proportionalem adinuenire, iuxta consuetum ergo multiplicandi simul essent 4. 16. & factum esset per 2. diuidendum, quotiens enim 32. esset quartus proportionalis; Verum quoniam proportio 2. ad 4. est æqualis proportioni 16. ad ignotum, qui quæritur, ideò ambarum valores æquales erunt, & ideò logarithmi horum numerorum (qui debent differre dictis valoribus) erunt Arithmeticè (licet quandoque discontinuè,) proportionales, & quoniã numeris Arithmeticè proportionalibus conuenit hęc insignis proprietas, (vt ex Arithmeticis patet) quod semper summa extremorum, si sint quatuor termini, est æqualis summæ mediorum (veluti, si sunt tres, summa extremorum æquatur duplo medij) cum trium datorum numerorum habeamus logarithmos ex serie D. nempè 9. 15. 27. qui præfiguntur dictis numeris 2. 4. 16. ideò vice multiplicationis 4. in 16. addemus logarithmos 15. 27. & vice diuisionis, quæ deberet fieri per 2. subtrahemus à tali summa logarithmũ ipsius 2. scilicet 9 & remanebunt 33. pro logarithmo quarti proportionalis, hunc quæro in serie D, & ipsum inuenio è regione numeri 32. in serie, C, quem ideò colligo, tamquam quartum proportionalem trium datorum numerorum; Res exigua videtur in paruis numeris, sed maxima est in sinibus, Tangentibus, & Secantibus, qui

C	D
1	3
2	9
4	15
8	21
16	27
32	33

magnis numeris exprimuntur, & quoniam diximus eosdem esse concipiendos, ac si essent in vna serie numerorũ geometricè proportionalium dispositi, quibus in alia serie respondent logarithmi Neperiani; ideo per seriem, C, intelligere possumus seriem sinuum, Tangentium, & Secantium; & per seriem D, seriem logarithmorum eisdem ascriptorum, etenim in eisdem eadem fieri potest operatio, nempè trium quorumlibet sinuum ex. g. quartus proportionalis inueniri, addendo semper logarithmos secundi, & tertij, & à summa subtrahendo logarithmum primi proueniet .n. logarithmus, qui in Tabula ascriptus erit quarto proportionali, qui quæritur, quod quidem mirabile esse compendium nemo certè negabit; Hic igitur fuit Neperi præcipuus labor ad tollendam sępius dictam difficultatem, cuius quidem particulares regulas pro logarithmis inueniendis fusius explicare nolui, cum hoc sufficienter à Beniamin Vrsino in sua Trigonometria præstitũ fuerit, necnon apud ipsum Neperum totius artificij ratio abundè pateat; nõ .n. per hæc ipsius Tabulæ logarithmorum constructionem docere intendo, sed tantum quod hæc perlegens saltem naturam, & passiones logarithmorum in vniuersali, & in hoc capite pręcipuè eorum, quos Neperus primo adinuenit, in quibus ciphra habetur pro logarithmo sinus totius intelligere possit, ex quo per columnam eorum, quos appellauit Differentiales suppleuit tabulę Tangentium, & per Tabulam logarithmorum Tabulę Secantium, remq. sanè in admirandam facilitatem fœliciter tandem ipse deduxit; huius etenim tabulæ auxilio compendiosissima circa vtrumq. Triangulorum genus Problemata construxit, vt in eiusdem logarithmorum opere vnicuique videre licet.



CA-

CAPVT QVINTVM.

De logarithmorum à prædictis alio genere præstantiori, quos idem Neperus animaduertit; Henricus Briggius in Tabulas Chiliadum digessit, cuius quidem generis constructo Triangulorum Canone faciliores, quam prædictis, calculi redduntur.

ETsi per eos log. quos in ant. capite Not. 4. & 5. explicauimus, Neperusq. tabulauit, præ aliorum Auctorum modis, Regula Trium (ex quo subinde calculi facilitas pendet) facillimè absoluatur, vt in vltimo Notando dictum est; nonnulla tamen circa illos logarithmos (quos quidem primi generis appellabimus, veluti, qui in hoc cap. dilucidantur secundi generis) contingunt, quæ non mediocriter operantem perturbare solent, quorum præcipua sunt hęc duo incōmoda; primò quod dum sinus decrescunt à sinu toto, interim logarithmi à ciphra, quę est logarithmus sinus totius, ordine sinibus contrario augentur; secundo autem, quod multam ingerit difficultatem, quoniam vt dixi, logarithmi primi generis (quales sunt in Tabula Neperi, & Beniamin Vrsini) sunt duplicis Naturæ, nempè aliqui positiui aliqui priuatiui; positiui inquam, qui ascribuntur numeris infra sinum totum, scilicet omnibus sinubus, & Tangentibus infra g. 45. priuatiui autem supra sinum totum, nempè Tangentibus supra g. 45. & omnibus Secantibus; cum verò occurrunt ex. g. duo logarithmi vnus quidem priuatiuus, cuius signum − alter positiuus, cuius signum + tunc si præcipitur additio, subtrahendum est; si subtractio, addendum, iuxta leges cossicas, cautèque est signum exeuntis obseruandum, in quo vel exercitatis facillimum est hallucinari; & propterea Neperus vidit iam à se constructis præstantiores formari posse logarithmos ita nempè, vt ciphra non quidem sinus totius, sed Vnitatis, logarithmus autem Denarij esset Vnitas cum ciphris, nempe 1,00000, 00000. sic. n. sinus totius fiet logarithmus Vnitas cum ciphris, sc. 10, 00000, 00000. quam quidem mutationem Ne-

perus se maximè per optare extremum obiturus diem amicis suis testatus est; inter quos Henricus Briggius eiusdem complere votum totis viribus conatus est; etenim assumpta proportione Decupla tamquam radicali, præfixis eiusdem terminis 10. 1. radicalibus logarithmis iuxta mentem Neperi, Vnitati nempe ciphra, Denario autem 1,00000,00000, cum quatuor adhuc ciphris, quas detruncauit in secunda editione eiusdem Arithmeticæ logarithmicæ postmodum Adrianus Vlacq. numerorum ab Vnitate vsque ad 100000. continuò procedentium logarithmos ex prædictis radicalibus deductos adinuenit, & in Tabulam disposuit, ex quo subinde Canon Triangulorum iuxta hos secundi generis logarithmus deduci potest, quem quidem audio quendam Edmundum Gunterum cōstruxisse; immo Briggius eundem promittit, Adrianus autem Vlacq. etiam ad singula quadrantis Scr. perfecit, vt in Briggij Arithmetica logarithmica secundę impressionis videri potest, eorum verò, siue id absoluerint, siue non, adhuc visa non fuit in hisce locis consimilis Tabula Trigonometrica, sed ea tantum, quę ex Chiliadibus Briggij à prædicto Adriano deducta, eisdem pariter subiuncta fuit; Vt ergo horum logarithmorum secundi generis artificium in vniuersali saltem intelligamus, concipienda est inter Vnitatem, & Denarium, quędam series numerorum cōtinuè geometricè proportionalium ab ipsa Vnitate incipientium, quibus quidem proportio, quam habet 10. ad 1. in 1,00000,00000. ęquales proportiunculas diuidi intelligatur, sic enim vnius inuento Valore, ex continuatione eiusdem facilè cęterarum valores, & subinde logarithmi quorum differentię sunt ipsi proportionum Valores, vt cap. 4. dictum est, inueniri possunt; verum quia logarithmus Vnitatis est ciphra; valor autem proportionis cuiusuis numeri ad Vnitatem est differentia logarithmorum eorūdem, propterea talis differentia siue valor coincidit in Tabula Chiliadum Briggij, cum logarithmo eiusdem numeri; Cum ergo Neperus, & Briggius statuerint Valorem, siue logarithmum (coincidunt .n. vt dictum est) Denarij esse 1,00000,00000, ideò apud ipsos valor cuiusuis illarū proportiuncularum, quas atomas vocare possumus (cum eisdem minores non concipiamus) erit 1. ita vt valor primę proportiunculę post Vnitatem sit 1. secundæ verò sit 2. tertiæ sit 3.

& sic

& sic deinceps, ex quo patet hos valores, siue hos logarithmos (coincidunt .n. dum numeri comparantur ad Vnitatem) esse eos numeros, quos Algebratici proportionum Indices appellant, Dignitates Cossicas ostendentes, nempè primam, quam vocant Radicem quadratam, siue Itali Cosam, secũdam quadratum, siue censum, Tertiam cubum; & sic deinceps; vnde logarithmus cuiusuis numeri in Tabula Chiliadum, & subinde etiam in Canone Triangulorum ex ea deducto est numerus indicans, quot proportiunculæ atomæ inter numerum cuius est logarithmos, & Vnitatem interijciuntur; vt ex. g. quoniam logarithmus numeri 7. est 0,84509, 80400. ideo hic numerus indicant mihi inter 7. & 1. interijci 84509, 80400. atomas proportiunculas; cum verò peruenerimus ad 10. eius logarithmus indicat inter 10. & 1. interijci 1,00000, 00000, atomas proportiunculas, quoniam verò inter 10. & 100. continuatur secunda proportio Decupla, ideò intelligitur æqualis valor continuari ei, qui est primæ Decuplæ, & sic logarithmus

	A	B
	1	0,00000,00000
	10	1,00000,00000
	100	2,00000,00000
	1000	3,00000,00000
	10,000	4,00000,00000
	100,000	5,00000,00000
	1000000	6,00000,00000
	10000000	7,00000,00000
	100000000	8,00000,00000
	1,000,000,000	9,00000,00000
S.T.	10000000000	10,00000,00000
	100000000000	11,00000,00000
	1000000000000	12,00000,00000
	10,000,000,000,000	13,00000,00000
	100,000,000,000,000	14,00000,00000
	1,000,000,000,000,000	15,00000,00000

Arithmetica progressio

Exponentes seu Characteristicae antes cyphris

100. est 2,00000,00000, & eadem ratione addita tertia Decupla, quæ est inter 100.& 1000.logarithmus 1000. est 3,00000,00000, & sic deinceps fit log. 10000. 4. cum eisdem ciphris. Logarithmus 100000. 5. cum eisdem pariter ciphris, & sic dum continuò per adiunctas Decuplas proportiones incedimus, mutatur numerus exprimens logarithmum termini adiunctæ Decuplę, quem numerum appellat Briggius Characteristicam, quam cernere licet in columna B, continuò auctam vsque ad 15. dum numeri ab Vnitate augentur vsq. ad 1. cum quindecim ciphris, quantum est Secantium incrementum; Numeri ergo his intermedij habent logarithmos pariter eorum logarithmis intermedios, vt exempli gratia numeri 18743. logarithmus est intermedius logarithmis 4. & 5. cum suis ciphris est enim 4,27283,91052. deferens secum Charac. 4. vt per eam ostendatur inter ipsum numerum 18743.& Vnitatē interijci quatuor proportiones Decuplas, & in super 27283, 91052. proportiunculas atomas; ex quo manifestum est mirum compendium, quod nobis præstat Vnitatem cum ciphris esse logarithmum Denarij, logarithmum autem Vnitatis esse ciphram, si enim velimus logarithmum Decupli, Centupli, Millecupli alicuius numeri, vt ex. g. habito logarithmo ipsius 7. velimus log ipsius 70. vel 700. vel 7000. vel 70000. sufficit augere Charac. tot vnitatibus, quot Decuplæ sunt inter oblatum numerum, & vnitatem, quæ quidem tot erunt quot sunt in numero figuræ post primã notam, vt facilè patet; hæc ergo numerorum continuè proportionalium Series, quæ intelligebatur continuari inter 1.& 10. pariter inter 10. & 100. inter 100.& 1000. inter 1000. & 10000. & sic deinceps, adhuc esse continuata concipiatur necesse est, vt numeri vulgares, siue sinus, & Tangentes, siue Secantes, parum à dictis numeris continuò proportionalibus differant, ex quo eorum logarithmi facilè postmodum inuestigari possunt, quæ quidem pro quadem generali cognitione à me dicta sunt, qui .n. plura cupit ipsius Briggij Arithmeticam logarithmicam videre potest, vt particularius eiusdem regulas ad Chiliadum constructionem intelligere possit. Per hos ergo secundi generis logarithmos in Canone Triangulorum dispositos, siue in Chiliadibus, absoluitur eodem modo Regula Trium, vt in vltimo Notando antecedentis cap. di-

ctum

ctum est, tollitur prima difficultas, etenim dum augentur Numeri, siue sinus, Tangentes, & Secantes etiam ipsi logarithmi augentur, & sunt omnes positiui, vel priuatiui, quo Regularum Cossicarum difficultas euitatur.

Antequam autem ad huius cap. finē perueniam, dubitationem quandam, quę alicuius animum pulsare posset prius soluere intendo. Quæret enim aliquis (de logarithmis in vniuersum recogitans) an idem valor conueniat proportioni, quæ est inter eosdem numeros, tam directè, quam conuersè acceptæ, vt ex. g. si Valor proportionis 1. ad 2. denominetur ad libitum numero 7. an idem valor dicendus sit proportioni 2. ad 1. conuenire, & idem logarithmi. Ad quod respondeo, quod sicuti non est eadem proportio 1. ad 2. quæ est 2. ad 1. (nam, vt 1. ad 2. ita 2. ad 4 non ita 2. ad 1.) propterea nec eundem valorem, nec eosdem omninò logarithmos eisdem conuenire: Verum tamen est, quod sicuti ex proportione 1. ad 2. & 2. ad 1. componitur ratio 1. ad 1. idest æqualitatis, ita ex valoribus ambarum proportionum valor proportionis ęqualitatis componi debet, sed valor proportionis ęqualitatis est ciphra, si enim addatur proportio ęqualitatis cuilibet proportioni inęqualitatis, nihil ipsa proportio inęqualitatis augetur, vnde hęc additio, ei quę fit puncti ad lineam additioni similis esse prohibetur, cum nec ipsa punctorum additione augeatur; vel quia termini proportionis ęqualitatis sunt ęquales, ideo quicumq. numeri sumantur pro eorum logarithmis ęquales esse debebunt; est autem Valor proportionis differentia, quę est inter logarithmos terminorum eiusdem proportionis, isti autem sunt ęquales, ergo eorũ differentia erit ciphra, vnde & proportionis ęqualitatis Valor rectè per ciphram exprimetur; igitur valores proportionum 1. ad 2. & 2. ad 1. ciphram conflare debent, valor autem proportionis 1. ad 2. ponitur 7. ergo valor proportionis 2. ad 1. erit pariter 7. sed cum signo positiuo sic 7, + veluti ille cum signo priuatiuo sic 7, —, vt simul addita cossicè (quod fit detrahendo 7. ex 7.) proueniat ciphra; patet ergo quod Valor proportionis inter eosdem numeros tam directè, quam conuersè acceptę exprimitur quidem eodem numero, sicut & logarithmi verum pro ratione 1. ad 2. Valor, & logarithmi erunt priuatiui, nam hęc ratio est minoris inęqua-

ęqua-

æqualitatis; pro ratione verò 2. ad 1. Valor, & logarithmi erunt positiui, nam hęc ratio est maioris inęqualitatis; quod de Valore, ac logatithmis cuiuscumque alterius proportionis intelligendum est; quare autem proportiones maioris inęqualitatis habeant Valorem, & logarithmos positiuos, minoris autem inęqualitatis, priuatiuos; ratio est, quia proportio ęqualitatis minima est omnium proportionum maioris inęqualitatis, cuius Valor cum sit ciphra, illarum Valores sunt maiores ciphra; è cõuerso, cum eadem ęqualitatis ratio sit maxima omnium proportionum minoris inęqualitatis, ideò ipsarum Valor minor est ciphra, & propterea Valor proportionum maioris inęqualitatis est positiuus, minoris autem inęqualitatis priuatiuus; ex quo vlterius patet in Chiliadibus, vel in Tabulis sinuum, Tang. & Sec. quibus ascribuntur logarithmi secundi generis, dum accipimus proportiones, quę sunt inter numeros, siue sin. Tang. & Sec. conferendo maiores cum minoribus, tunc quia proportiones sunt maioris inęqualitatis ideò, Valores, & ibidem expressi logarithmi sunt positiui; quod si conferantur minores cum maioribus, Valores, & logarithmi sunt priuatiui, & propterea superius dictum est, quod isti secundi generis logarithmi sunt, vel omnes positiui, vel omnes priuatiui, quo tamen, vt in logarithmis primi generis non deturbamur, sunt .n. omnes eiusdẽ naturę, siue in ascenssu, siue in descenssu, in ascenssu inquam per proportiones minoris, in descenssu per proportiones maioris inęqualitatis vbi in logarithmis primi generis dum ascendimus ad S.T. incedimus per Valores, & logarithmos positiuos, supra S.T. autem adhuc ascendentes incedimus per Valores, & logarithmos priuatiuos, ita vt etsi proportiones sint eiusdem naturę, nempè minoris inęqualitatis, vel maioris, non tamen Valores, & logarithmi seruant eandem naturam, cum sint modo positiui modo priuatiui, quod non contingit in his secundi generis logarithmis vnde cum in Regula Trium semper habeamus proportiones eiusdem naturę, Valores etiam, & logarithmos, vel semper priuatiuos, vel semper positiuos pariter habebimus, quapropter incommodum, quod logatithmos primi generis additionis, & subtractionis cõfficę experiri cogimur, per hos secundi generis facilè euitamus; in quo eisdem præstant nostri logarithmi.

Aduer-

Aduertè autem, quòd si addendæ nobis forent oblatæ proportiones diuersæ naturę, nempe aliquæ maioris, aliquæ minoris inæqualitatis, tunc earum valor, & logarithmi essent positiui istarũ autem priuatiui ; & tunc in additione, vel subtractione iuxta prędictas regulas Cossicas esset operandum ; quod quidem euitari nequit: sunt enim proportiones oblatæ diuersæ naturæ, & ideò mirum non est si, earum valor, & logarithmi diuersimodè sint accipiendi, ex quo diffinitio illa proportionis compositæ maximè dilucidatur, quæ talis est nempè : Si inter duas magnitudines sũmantur aliæ quotcunque magnitudines, & quæcunque mediæ, quod ratio primæ ad vltimam componitur ex ratione primæ ad secundam, secundæ ad tertiam tertiæ ad quartam, & sic deinceps vsque ad vltimam. Etenim obseruandum est an ratio primæ ad vltimam sit maioris, vel minoris inæqualitatis, si enim sit maioris inæqualitatis, & proportiones intermediæ sint omnes maioris inæqualitatis tunc Valor componentium, ac compositæ erit positiuus, quod si sint minoris inęqualitatis priuatiuus, cæterum si cõponentium aliquæ sint maioris, aliquæ minoris inęqualitatis, tũc earum Valores non dẽnt simul adiungi (si de additione vulgari loquamur) sed cum sint aliqui positiui, aliqui priuatiui, debent subtrahi minores ex maioribus, (quod erit Cossici addere: & propterea dicuntur rationem primæ ad vltimam componere) & remanebit valor proportionis primę ad vltimam, qui si sit priuatiuus ndicabit hanc proport. esse minoris inęqual. maiosis aũt si sit positiuus: Vt ex. g. si inter 1. & 10. sumantur medij quotcũq. & quicuncunque numeri 3. & 2. secatur proportio 1. ad 10. in tres proportiones 1. ad 3. 3. ad 2. & 2. ad 10. ex quibus etiam dicitur componi, ex duabus quidem valoris priuatiui, nempè 1. ad 3. & 2. ad 10. quia sunt rationes minoris inæqualitatis, & ex pro portione 3. ad 2. valoris positiui, quę Cossice addi intelligentur, si ratio 3. ad 2. subtrahatur ex rationibus 1. ad 3. & 2. ad 10. quod fiet subtrahendo illius valorẽ ex istarum valoribus, quiquidem priuatiuum relinquent valorem, proportionis nempè minoris inæqualitatis, quam habet 1. ad 10. ita vt facilè ex hoc percipiatur quomodo rationum compositio dictaq. diffinitio sit

1 - 3 - 2. - 10

intelligenda;quod etiam amplius declaratur consimilem diffinitionem circa terminorum, siue magnitudinum differentias efformantes; quod nempè inter duas magnitudines,sumptis quotcunque, & quibuscunque medijs,differentia extremarum componitur ex differentijs mediarũ, tam enim hęc,quam superius adducta diffinitio vera est,si eodem modo intelligatur & ista,nempè quod si differentię sint omnes eiusdem naturę, tunc sunt vulgariter addendæ,quod si sint naturæ diuersæ,nempè aliquæ excessus, aliquę defectus, tunc debent addi Cofficè , idest minores ex maioribus subtrahi, & remanebit differentia extremarum; vt si dentur extremi numeri 1. & 10. cum supradictis medijs 3. & 2. tunc si adderemus tres simul differentias non cofficè,sed vulgariter prodiret nobis maior numerus,quam sit differentia inter 1.& 10. prodiret .n. 11. verum si cofficè addantur,idest si differentia inter 3. & 2.tamquam minor subtrahatur ex aggregato differentiarum inter 1. & 3. & 2. & 10. quod est 10. remanebunt 9. pro vera differentia extremorum, tam ergo in mediatione Arithmetica,quam in geometrica dicta Additionis cofficæ Regula procedit; quam quidem doctrinam si quis non perciperet,ne tamen pro reliquis capescendis terreatur, non .n. pro Regula Trium absoluenda, quod erit potissimum in nostro negotio, his indigemus, sed cum hæc doctrina sit de re in geometria maximè graui,ac magni momenti, oblata occasione , tantæ diffinitionis , ex qua tamquam ex flumine vberrimi doctrinæ fontes emanare possunt , desidiosè prætermittere minimè volui .

CAPVT SEXTVM.

De duarum Tabularum dispositione, quarum priorem Tabulam Trigonometricam logarithmicam; posteriorem verò Tabulam Arithmeticam logarithmicam appellabimus, & de eisdem Subsidiarijs.

QValis, & quantus fuerit cæterorum labor, vt Regula Trium facilior redderetur, & præcipuè Neperi, ac Briggij per logarithmos facilè ex iam dictis intelligi potest , ita vt nemini circa

hæc

hæc amplius laborandi relictus videatur esse locus, neque aliquid in lucem exire valeat, quo eorum inuēta melioris conditionis reddi possint; fateor quidem me diù circa hoc hæsisse, cum viderem hunc Trigonometriæ campum tot viris doctis excultum fuisse, vt Ligonē ad hoc denuo arripere superfluū videretur, verum qđ me in hanc deduxit sententiam illud fuit, quòd nempè, cum existimarem in eiusdem Briggij Arithmetica logarithmica completā tradi Trigonometriæ doctrinam logarithmis secundi generis accōmodatum, dum eandem percurrerem, incompletam apud eundem ipsam esse animaduerti, nihil.n. de Sphæricis Triangulis, ibi tradidit, quod an alibi fecerit adhuc non vidi, vlterius in eo, quod ad Tabulas pertinet, cum Adrianus Vlacqu. subiunxerit Brigij Chiliadibus Tabulā Trigonometricam logarithmicam ex eisdē Chiliadib. deductam, quam ipse de integro construere decreueram, antequam eam vidissem, comperij ipsum mihi laborem circa Tabulas sustulisse, vt tantum circa Præcepta præcipuè Sphæricorum dictis logarithmis secundi generis accommodata mihi videretur esse laborandum; decreueram ergo dicti Adriani Tabulam supradictam prout se habet denuo Typis committere, vt adiunctis Præceptis, hac tam necessaria admirabili doctrina, quæ totius Astronomiæ fundamentum existit Auditores mei amantissimi, qui Astronomicos fruct⁹ degustare nulli parcētes labori totis virib. contendunt, & amici mei, qui me sæpius ad hoc exhortabantur, facilè potiri possent; præcipuè cum ex Regionibus vltra Montes, vnde nobis consimilis doctrinæ libri aduenire solent, non tam facilè haberi possint; in hoc ergo decreto animus conquiescebat; Verum cum diligentius dictam Adriani Tabulam examinarem, animaduerti non omnem circa Tabulas laborandi mihi præclusum esse locum, eamque in meliorem formam etiā redigi posse, vt nunc & in explicanda meæ Tabulæ dispositione apparebit, eorum autem, quæ mutationem poposcere videbantur quædam quidem vtilia, quędam necessaria mihi visa sunt, vtile quidem mihi visum fuit Sinuum adiungere columnam ipsi Tabulæ, vt in promptu si quando opus esset etiam Sinus haberentur, vtile insuper logarithmos ab eodem Adriano ex Brigij Chiliadibus deductos, quos in meam Tabulam, vt iam inuentos transferre decreueram tribus ad

dexteram figuris mutilare, ita vt Sinus Totius logarithmus esset
10,0000000. sic enim & strictior euadit ipsa Tabula, & facilius
transcribuntur, quam si constent logarithmi 11. notis, & pro con-
suetis vulgaribus calculis abundè satisfaciunt; vtile pariter existi
maui ipsi Tabulæ etiam columnam logarithmorum Sinum Ver-
sorum ab initio quadrantis vsque ad g. 90. interserere; ne quid in
hac Tabula circa lineas, quę in calculi gratiam considerantur in
circulo (quæ quidem sunt Sinus, Tangentes, Secantes, & Sinus
Versi) & earum logarithmos desiderandum relinqueretur, præci-
puè cum plures Triangulorum resolutiones etiam per Sinus Ver
sos fieri possint; quorum quidem Sinuũ Versorum logarithmos
Versilogarithmos appellari; illud vero necessariũ mihi visum est,
quod ad initium quadrantis à me factum est, cum enim cernerem
ibi logarithmorum differentias esse tam magnas, vt dum pro scr.
secundis partem proportionalem logarithmorum venamur, ipsa
sic inuenta maximè recedat à vero, ex quo fit vt iustum non haben
tes logarithmum, non iustum etiam eliciamus arcum, quod maxi-
mi pręiudicij ĩ calculo esse potest; propterea primus gradus, & me
dietas prima secundi gradus, minutiùs quam cęteri quadrãtis gra
dus mihi secandi fuerunt, vt patet in ipsa Tabula, (quod etiã Pi-
tiscius effecit in sua) verum tamen est, quod adhuc pars proportio
nalis deficit à vero ab initio quadrantis, vsque ad g. 10. circiter,
vltra autem variatio nõ excedit vnitatem, dum logarithmi sumun
tur tot figurarum, quot sunt in Tabula; multò minùs autem cum
pauciorum figurarum assumentur, propterea nonnullos numeros
adinueni, qui quidem columnis interseruntur, quique in propria
Tabula, vt infra docebimus, quęsiti exhibẽt particulam adiungen
dam parti proportionali modo consueto adinuentæ, vt habeatur
pars realis quam proximè vera nostris scr. secundis correspondẽs,
quos idcirco Numeros Reales, quia per eos Pars Realis habetur,
vocare volui; Tandem & situm columnarum, & eorum Titulos,
dimissis Differentijs, quę duplo maiorem Tabulam, licet facilio-
rem, effecissent (quod meis impensis tenuibusque viribus difficul
ter perfici poterat; si tñ dabitur aliquando fiet) prout calculo ex-
pediendo magis congruum mihi visum est, vt nunc patebit, im-
mutaui.

No-

Nostræ igitur priori Tab. cui Trigonomet. logarithmicæ, vt iã dixi titulus est, dispositio ita se habet, in vnaquaque enim papyri facie reperies vnam columellam, quæ est in primo loco ad sinistram, & quinque columnas, columella quidem exhibet arcus quadrantis circuli, siue angulos vt plurimum sub titulo g. & m. verum tamen est quod ad initium ipsius quadrantis sit minutior diuisio, quę quidem ita se habet, in primo namque gradu prima quinq. minuta extendunt per singula secunda, deinde à 5. minuto usque ad decimum fit singulorum minutorũ extensio per 5. sec. à 10. m. vsque ad 20. m. per 10. sec. à 20. m. vsque ad 30. m. per 20. sec. à 30. m. vsque ad 1. 30. m. per 30. sec. à g. 1. 30. m. vsque ad 45. procedũt gradus per singula minuta, nempè quęlibet facies per 30. m. hoc fit in sinistris faciebus, in dextris autem iu eadem columella ita extenduntur arcus, siue anguli à gr. 45. vsque ad finem quadrãtis, vt semper in eadem linea habeatur arcus siue angulus, & eius cõplementum ad quadrantem, vt intuenti illicò apparebit: His columellis adiacent subindè iam dictę quinque columnæ, quarum prima est Sinuũ rectorum dictis arcubus, vel angulis in vtraque facie respondentium, & hoc iuxta Sinum Totum 1000000,0000. quantum idipsum Rethicus assumit, & Adrianus in sua Tabula, hunc autem tam magnum assumpsi, quia eorum logarithmi respiciunt tot figuras per suam characteristicã, cum enim logarith. sin. Totius ab Adriano 10,00000,00000. & à me 10,0000000, supponatur quoniam Characteristica est 10, propterea Sinus totus decem ciphris post vnitatem constare debet, quarum tamen quatuor primas ad dexterã separauimus, vt si libuerit, minori etiam vtamur Sinu Toto.

Columnis deinde Sinuũ rectorum succedunt in vtraque facie logarithmorum columnę, prout indicant tituli supernè, & infernè appositi, dictis angulis, vel arcubus, eodem modo, quo Sinus recti, & iisdem Sinibus rectis in eadem linea existentibus correspondentes, qui quidem sunt ex Brigij Chiliadibus deducti à g. 90. vsque ad 45. reliqui autem iuxta hanc Propositionem nempè Vt dimidium S.T. se habet ad Sinũ dimidij alicuius arcus, ita Sinus complementi illius dimidij ad Sinum Totius arcus, respiciunt autem isti logarithmi Sinus Totius logarithmum 10.0000000.

Scien-

Sciendū est uero, q̄ logarithmi nomen dupliciter sumi potest, scilicet prout est nomen generis, & sic nedum sunt logarithmi, qui spectant ad Sinus rectos, sed qui etiam pertinent ad Tangentes secantes, & Sinus Versos; sunt enim numeri ostendentes quot proportiunculæ atomę interijciantur inter datum Sin. Tang. Sec. vel S. Vers. respicientem S.T. 10,00000,0000, & Vnitatem; Quod si sumatur logarithmus, prout est nomen speciei, tunc dicuntur logarithmi, qui conueniunt Sinubus rectis, qui verò Tangentibus Mesologarithmi (voce Kepleri retenta) qui secātibus (voce noua) Tomologarithmi, vt &, qui Sinibus versis, Versilogarithmi; prout tituli indicant; logarithmos ergo sequuntur Mesologarithmi pro Tangentibus, in tertia columna; in quarta verò Tomologarithmi pro Secantibus, in quinta tandem Versigarithmi pro Sinibus versis ab intitio tamen quadrantis tantummodò vsque ad g. 90. quoniam verò omnes isti logarithmi, qui sunt in sinistra qualibet facie spectant ad arcus sinistros, siue descendentes, qui vero in dextera facie spectant etiam ad eosdem arcus sinistros tāquam logarithmi complementorum; quod e conuerso se habet conferendo eosdem ad arcus dextros siue ascendentes, ideo voce complementi dimissa, vocaui Primos, (titulo communi supra vel infra posito) eos qui spectant ad arcus, cum quibus assumuntur, eos verò, qui pertinent ad eosdem arcus, quia sunt loharithmi complementorum eorundem, vocaui Secundos, quod etiam de Sinibus intelligendum est, prout Arabes, & Maginus circa Sin. Tang. & Sec. effecerunt; consequenter ergo his, quę dicta sunt logarithmi & Sinus sinistri erunt primi pro arcubus sinistris, & ideò superius, Primi, titulum gerunt, & erunt Secundi per arcubus dextris, vt infra indicat titulus, Secundi; logarithmi verò, & sinus dextri erunt primi pro arcubus dextris, Secundi autem pro arcubus sinistris, vt infra tit. Primi, supra verò tit. Secundi designatur.

Vlterius sciendū est, quod ab initio quadrantis, vsq. ad g. 20. adijcitur sinistris Versilogatithmis quędam columella, quā voco Numeri realis (ob rationem supradictam) deseruientem ipsis Versilogarithmis, vt habeatur pars quam proximè iusta conueniens scr. Secundis, vel Tertijs, quod indicat in ea positus titulus, scribuntur autem è regione non Versilogarithmorum, sed spatiorum ipsis inter-

Intermediorum, quia sunt quędam differentiarum earundem particulę, vbi verò vacant numeri reales, subintelligendus est antecedens, quousque in alium incidamus (quod & de logarithmis, & Sinibus intelligendum est) non enim semper integri scribuntur, sed pars quæ ad sinistram fuisset replicanda relicta fuit, debet tamen subintelligi donec in nouum integrũ numerum incidamus, vt in sua Tabula Beniamin Vrsinus pariter fecit, (quod etiam in gratiam sumendarum faciliter differentiarum, quę apponi minimè potuerunt, à me pariter præstitum est) Itidem ab initio quadrantis vsque ad g. 10. 30. m. ponitur in sinistra facie inter columnas logarithmorum, & mesologarithmorum columella Numerorum realium vtrisque communis, vt titulus docet; quę eisdem numeris, eodem modo dispositis locatur etiam in dextera facie inter Mesolog. & Tomolog. eisdem communis existens, cæteris autem logarithmis non apponuntur Numeri reales, quia eisdem non indigent; hic autem, quæ de Numeris realibus Versilog. dicta sunt pariter subintelligantur; Generaliter autem sciendum etiam est, quod in omnibus logarithmis primus numerus ad sinistram est Characteristica, quã Briggius virgula separare solet, quando tamen ipsa duobus numeris constet virgula, & nos separauimus, vt in logarithmo Sin. Totius, qui est 10.0000000. & eo maioribus fieri opus fuit; Item, quod possumus etiam vti minoribus logarithmis, vtpote pręcisa vna, duabus, vel tribus ad dexteram notis, prout vnicuique libuerit, erunt enim eorundem numerorum adhuc logarithmi licet sic mutilati, sunt enim integris logarithmis proximè proportionales, nempè, vel subdecupli, cum aufertur vna nota, vel subcentupli, cum duæ, vel submillecupli cum tres, &c. & ideò ex tertio Notando Cap. 4. isti pariter erunt eorundem numerorum logarithmi, sed nedum isti, vel qui sunt in Tabula integri erunt logarithmi Sinuum Tang. Secantium, & Sinuum Versorum ad Sinum Totum 1000000,0000. (tunc autem etiam Vnitatis logarith. est ciphra) sed etiam ad Sinum Totum cum paucioribus ciphris, (quo casu Vnitatis logarith. non est amplius ciphra, sed est 1,0000000. cum aufertur vna ciphra 2, 0000000. cũ duæ 3,0000000. cum tres, & sic deinceps) ex eodem tertio Not. Cap. 4. Tandem circa Numeros reales, hoc sciendum est, quod per eos

quam

quam proximè accedimus ad iustos logarithmos prçterquam in primo minuto pro Versilogarithmis,& in prima medietate 1.minuto pro Versilogarithmis, & in prima medietate primi minuti pro logarithmi ibi enim tam magnç sunt differentiæ,vt etiam per hunc exorbitet calculator,tamen ad complementum ordinis ponuntur hi etiam ad initium quadrantis, cum propiùs per eos ad veritatem etiam accedamus.cum tamen hoc tantum fiat in primo minuto error tutò negligi potest. Huic Tabulç denique in gratiam partis,intermedijs scrupulis,qui tabulantur,competētis, venandç, duas subiunximus Tabellas,priorem quidem;ĩ qua cum differentia in fronte,& scrupulis à latere elicimus in sinistra facie partem proportionalem,in dextera autem cum Numero reali in fronte Æquationem addendam cum prçdicta, vt minori addita logarithmo habeatur logarithmus,quam proximè verus;posteriorem verò in qua è conuerso cum Differentia maiori ,&, minori inter logarithmos tabulatos,& non tabulatos colligimus in area scrupula addenda arcui in Tabula Trig.inuento,prout amplius in eorundem vsu explicabitur. Scio quidem ijs,qui Neperi, vel Vrsini Canonem Trig.viderint,hanc,& Adriani Tabulam maioris voluminis,vt quidem verum est,fore censendas,verum, qui difficiles priuatiuorũ,& positiuorum logarithmorum vsus aliquando fuerit expertus,cariorem illi fore hanc longiorem , quam prædictorum Authorum licet breuiores Tabulas,qui logarithmis quoque pro Tomologarithmis,& Mesologarithmis arcuum sinistrorum ꝑ Mesologarithmis etiam sinistrorum vti consueuerunt,non inaniter forte existimabo.

Quo ad posteriorem deniq. Tabulam,cuius Arithmeticæ log. titulus, sciendum est,quod licet non fuerit necessarium eandem priori subiungere,cum per Tabulam Sinuum,quod per eam prætendimus haberi queat,tamen quia facilius per hanc calculus expediri potest,cum precipue oblatorum numerorum non quatenus respiciunt arcus.i.quatenus sunt Sinus, Tang. Sec. & Sin. Vers. logarithmi quçruntur,vel è conuerso ex logarithmis ipsi numeri, vt melius infra patebit;ideò tanquam vtilissimam eandem hic apponere volui:constat ergo hçc Tabula ex decem Chiliadibus numeros ab Vnitate vsque ad 10000 .continuò procedentes continentibus,

nentibus, e regione quorum ſtant logarithmi ſecundi generis; .i. eiuſdē, cuius ſunt, qui in priori Tabula Trig. log. diſponuntur, verum tamen eſt, quod ſub diuerſa forma ab ea, qua Briggij Chiliades, vt ſtrictior euaderet, à me diſpoſita fuit, primò quia vbi logarithmi Briggij conſtant 11. figuris, iſti 8. tantum ſcribuntur notis, ſecundò cum ipſe ſingulis logarithmorum columnis adiecerit Numerorum columnas, ego ſex logarithmorum columnis vnica Numerorum columna ſatisfactio, quæ in vnaquaque facie ponit in primo loco ad ſiniſtram procedens per viginti numeros, qui duabus Tab. frontibus ſubnecti intelliguntur ſuperiori quidem, quæ refert nobis Numeros tres ordine Sexagenario procedētes, vt dicetur in propria Appendice, quorum tertium ipſi cōplent, quatenus vero inferiori fronti ſubnecti intelliguntur ſunt numeri vulgares complentes cum numero frontali integrum numerū; quem vis enim quæras numerum, ipſum non inuenies integrum in inferiori fronte (niſi quando ipſum metitur numerus 20) nec à latere, ſed partem in fronte inferiori, partem à latere, ex quibus totus numerus integratur; numeri enim frontales procedunt per continuum incrementum 20. Vnitatum, quod incrementum extendimus in latere ſiniſtro; vnde ſi ex.g. quæramus g.o. 25.37. eos non reperiemus in ſuperiori fronte, ſed tantum g.o.25. 20 à latere vero 17. quæ cum prędictis efficiunt g.o.25.27. & è regione eorum in area accipiemus eiuſdem logarithmū, idem contingit ſi quæramus Sig. ph. g. & m. & pariter ſi quęramus oblati numeri ex.g. 1537. logarithm. inueniemus enim in fronte numerū 1520. & reſiduum à latere nempe 17. & in area eiuſdem logarithm. e conuerſo ex logarithmis accipiemus à latere numerum iugendū numero frontali, vt habeatur integer numerus. Conueniunt autem in hoc numeri frontales ſuperiores, cum inferioribur in eadem columna exiſtentibus, vt quot vnitates ſunt in inferiori, tot ex g. ſint ſcr. ſecunda (ſi ipſos ex g m. & ſec. conſtare intelligamus) vel ſcr. prima (ſi ex ſig. ph. g. & m.) in ſuperiori frontali numero; ita vt ſemper adinuicem ſint æquales; ex quibus patet, quod ſingulæ facies conſtant duplici fronte, & vna columella ad ſiniſtrā in primo loco poſita, quibus ambabus numeri integri explicari intelliguntur, & 6. illi adiacentibus logarithmorum columnis cū

ſuis differentijs interpoſitis. Tertiò tandem,& vltimo eiſdem lo-
garithmorum columnis interſeruntur, vbi opus eſt (nempè vſq. ad
580) Numeri reales, præſtantes illud idem, quod ij, qui ſunt in
Tabula Trig. qui quidem ſeiuncti lrã, l, ſcribũtur per totas colum
nas vſque ad 240. numerum frontalem inferiorem, deinceps verò
cum parui ſint, nempè infra 10. vſque ad 580. in fronte tantum
inferiori, commoditatis gratia, licet etiam ſuperiori deſeruiant,
in capite columnę ſcribuntur, qui quidem in tota columna, in
qua poſiti ſunt ſubintelligi debent. Deſunt autem ab 1. vſque ad
20. tum quia ex ſpatij anguſtia inte ijci non potuerunt, tum etiam
quia in his locis, ob magnas differentias, veluti contingit ad ini-
tium Tab. Trig. ad partem realem præſtandam,& ipſi Num. rea-
les infirmi ſunt, quod ſi contingat aliquis numerus eorum, qui ab
1. vſque ad 20. interijciuntur, cum fractionibus, curabimus, vt ad
centeſimas fractiones reuocentur, ſic enim ipſum tamquam inte-
grum quęremus in progreſſu Tabulę,& accipiemus logarithmum
accommodata, vt decet Charact. Vt, ſi velimus logarithmum nu-
meri 17. $\frac{1}{4}$ reduco $\frac{1}{4}$ ad centeſimas,& dantur earum 25. pro $\frac{1}{4}$
quæro igitur numero 1725 competentem logarithmũ,
& quia numerus integer conſtat poſt primam tantum vna nota,
ideo inuenti logarithmi Charact. licet ſit 3. debet tamen mutari
in 1. eſt autem quæſitus logarithmus 12367891. & ſic in cæteris
procedemus. Sciendum inſuper eſt, quod ab 1. vſque ad 1320. lo-
garithmi integri ſcribuntur, deinceps vero ad ſiniſtram ea parte
ſcribuntur mutilati, quę ſæpius fuiſſet repetenda, propterea nedũ
ex numerorum inopia; ſed etiam, ad euitandam eiuſdem numeri
continuam repetitionem, ipſum d miſimus, ſubintelligi tamẽ de-
bet donec in nouũ num. caput incidamus, vt ẽt in Tab. Trig. factũ
eſt: Excipe vero differentias interiectas, quibus, cum integræ ſint,
non preintelliguntur dicti capitalis numeri. Tandem huic etiam
Tabellæ ſubſidiariæ adiectæ ſunt, eodem modo ac priores Tab. ſe
habẽtes, niſi quòd illæ circa ſexageſimas, iſtæ aũt circa particulas
centeſimas ſuum offitium præſtãt,& propterea illæ ſexagenarię,
hę autem centenarię appellanẽ, quarum quidem Tabellarum, vt &
Arithmeticę Tabulę vſus inferius explicabitur.

CAP. SEPTIMVM,

De quibusdam Tabulæ Trig. logorithmeticæ admirandis Proprietatibus, quarum aliquæ etiam Neperi, Vrsini, & Kepleri Tabulis, necnon, & nostræ Arith. logarithmicæ pariter conueniunt.

ANtequam ad prędictarum Tabularum vsum explicandū deueniam, operæpretium mihi visum fuit quasdam admirabiles earum proprietates hic collectas Lectori exhibere, vt quanti sint hę Tabulę facilius intelligere possit.


Prima Proprietas ergo, nostræ, & Adriani Tabulæ Trig. log. conueniens est; quod differentia quę est inter duos quosuis primos logarithmos propositis arcubus conuenientes, semper est æqualis differentiæ Tomologarith. secūdorum eorundem arcuum.

Secunda quod differentia Tomologarithmorum primorum datis arcubus conuenientium æqualis semper est differentiæ logagarithmorum secundorum eisdem arcubus respondentium.

Tertia quod differentia Mesolog. primorum arcuum propositorum semper æqualis est differentiæ Mesolog. secundorum eorundem arcuum; quæ etiam animaduertuntur ab Adriano in Præfatione Arith. logarithmicę Briggij secundò impressæ circa dictam Tabulam. Hæc tamen etiam in Tabulis Trigonometricis Neperianis versificantur, cum enim logarithmi arcuum si tanquam priuatiui sumantur sint secantium complementorum logarithmi, ideò patet quod etiam in illis prima, & secunda Proprietas, ita verificantur, vt sit eadem differentiam (licet positiua prout est differentia logarithmorum sinuum rectorum, priuatiua autè prout est differentia eorundem, quatenus sumt logarithmi secantium complementorum) inter logarithmos Sinuum rectorum, & logarith. Secantium complementorum eisdem arcubus respondentium, illæ ergo differentiæ, quę in nostra sunt æquales, in Neperianis Tabulis in vnam coincidunt; eadem ratione in illis verificatur tertia Proprietas, quia Mesologarithmi tamquam positiui deseruiūt

arcubus finiſtris,tamquam priuatiui arcubus dextris, & ideo ex duabus in noſtra Tabula exiſtentibus æqualibus differentijs fit vna,& eadem in Tabulis Neperianis , licet poſitiua pro arcubus ſiniſtris,& priuatiua pro arcubus dextris.

Verùm, qui cupit harum Proprietatum rationes intellige-re ad propoſitum ſchema reſpiciat.in quo ſit quadrans Circuli, b a c, centrum,a,& aſſumpti quicunque arcus,b d,b l,quorum Sinus primi ſint,m d,h l,Sinus ſecundi autem,d g,l o, Tangentes primæ eorundem arcuum ipſæ,b f, b i,Tangentes 2æ. c e,c n, Secātes primæ illorummet arcuum,a f,a i,Secantes ſecundę a e , a n; Qm̄ ergo,vt,a g,ad a d,ita,a c,vel,a d,ad a e,ob ſimilitudinem Triangulorum,d a g,e a c,ideo,a d,Sin.To.eſt medio loco proportionalis inter,a g,vel illi æqualem,m d,ſinum primum arcus,b d, & a e, Secantem ſecundam eiuſdem arcus ; quę eſt prima Analogiarum , quas ex Magino adduximus cap. 3 eodem autem modo oſtendemus, a l, Sinum Totum medio loco proportionalem eſſe inter,h l, Sinum primum arcus , b l, &,a n, Secantem ſecundam eiuſdem arcus, ergo ex 17. ſexti Elemētorum quod fit ex,m d,in, a e, erit ęquale quadrato Sinus Totius eidem autē , ex demōſtratis eſt ęquale, quod fit ex,h l, in,a n,ergo per 16. ſexti Elem.vt ſe habet,m d,ad h l,ita, a n, ad, a e (ex quo patet ſinus primos duorū quorumuis arcuum Secātibus ſecundis eorundē eſſe reciprocè proportionales) cum



ergo

ergo ꝓportio, quæ est inter Sinus primos datorum arcuum, fit æqualis proportioni, quę est inter Secantes secundas eorundem arcuum, proportionum autem æqualium æquales sint valores ex dictis cap. 4. valores autem sint ipsęmet logarithmorum differentię, propterea, differentię, quę sunt inter logarithmos primos datorũ arcuum, ęquantur differentijs, quę sunt inter Tomolog. secundos eorundem arcuum, vnde primę Proprietatis ratio intelligitur, ex quo patefiet etiam secunda etenim, vt Secantes primę, a e, a n, arcuum d c, l c, ita per eandem rationem colligimus esse sinus secundos, h l, m d, eorundem arcuum, d c, c l; Eadem autem ratione manifestum est logarithmos primos arcuũ, d c, c l, ęqualem habere inter se differentiam ei, quę est inter Tomolog. 2 eorundem arcuũ; & è conuerso Tomolog. 1. arcuum, b d, b l, habere ęqualem inter se differentiam, ei quã habent logarithmi secundi illorũmet arcuũ. Vlterius, quia duo Triangula, i b a, n a c, sunt ęquiangula; ideò ex 4. propos. 6. Elem. vt, n c, Tangens prima arcus c l, ad, c a, Sinum Totum, ita, a b, Sin. To. ad, b i, Tangentem secundam arcus, c l, quę est 2. dictarum Analogiarum cap. 3. & ideo quadratum Sinus Totius ęquatur ei, quod fit ex, c n, in, b i; eadem ratione autem ostendemus quadratum Sinus Totius ęquari ei, quod fit ex, c e, in, b f, ergo, quod fit ex, c n, in, b i, ęquatur ei, quod fit ex c e, in, b f, ergo ex 16 Sexti Elementorum, vt, c n, ad, c e, quę sunt Tangentes primę arcuum, c l, c d, ita, f b, ad, b i, quę sunt Tangentes secundę eorundem arcuum, c l, c d, ergo dictarum proportionum valores idest differentię Mesolog. primorum arcuum, c l, c d, & Mesolog. secundorum eorundem arcuum inter se ęquales erunt; veluti & differentię Mesolog. primorum arcuum, b d, b l, & Mesologar. secundorum eorundem arcuum inter se pariter ęquales erunt, ex quo tertia Proprietas innotescit: quoniam verò ex dictis ratio primę, & secundę Analogię, quas ex Magino adduximus Cap. 3. patefacta est, ne Tertia nos lateat; ita discurremus; quia enim Triangula, d a g, e a c, sunt ęquiangula ideo ex p. 4. 6. Elementorum, vt, a g, vel m d, illi ęqualis, qui est Sinus primus arcus, b d, ad d, g, Sinum secundum eiusdem ita Sinus Totus, a c, ad Tangentem secundam ce, eiusdem arcus b d; quę est dictarum Analogiarum Tertia.

Quarta Proprietas etiam Tabulis Neperianis, & Tabulis Chi-

liadum conueniēs est,quod Trium proportionalium logarithmi, ita se habent,vt aggregatum extremorum semper duplo medij sit æquale;quod patet ex dictis in vlt. Not. Cap.4.

Quinta, ijsdem pariter conueniens est,quod quatuor proportionalium logarithmi,ita se habent,vt aggregatum extremorum mediorum aggregato sit æquale,ex eodem Notando manant autem ex his duabus aliæ insignes Proprietates,præcipuæque operationes fiunt;Cum.n.duorum datorum numerorum tertium proportionalem quæremus,si ex duplo logarithmi secundi auferatur logarithmus primi datorum uumerorum,residuus erit logar. Tertij proportionalis numeri quæsiti;quod si inter duos datos mediū exquiramus,aggregati logarithmorum eorundem dimidium erit logarith.medij;Item Trium datorum quartum proportionalē habebimus si ex aggregato logarithmorum secundi,& tertij,auferemus log.primi reliquus enim erit log.eiusdem quarti;qui quæritur.Inter duos autem datos numeros duos medios continuè proportionales inueniemus,si datorum inuentis logarithmis eorum differentiam in tres æquales partes diuidemus,quarum vnam addētes log minoris fiet log.medij eidem minori proximi,cui si vnā adhuc superaddemus fiet log.alterius medij,quod ad radicem cubicam,veluti superior Trium proportionalium ad radicem quadratam eruendam maxime expeditissimèque deseruiet, siue aggregati logarithmorum extremorum dimidium sumas, quod erit log. medij,siue differentiam logarithmorum extremorum dimidiatam adiunxeris logarithmo minoris,conflabis enim itidem medij logar.verum quia dum quærimus radicem quadratam, vel cubicā, Vnitas semper est alter extremorum terminoaum,ideò cum illius log sit Ciphra patet quod si cuiuscunque numeri assumptum logarithmum bissecabimus,quod hoc dimidium erit logar. radicis quadratæ eiusdē numeri,quòd si ipsum in tres partes diuidamus, hæc tertia pars erit log.radicis cubicæ eiusdem numeri. Vt ex g. quæratur r.q numeri 64.cuius log.in Tabula Arith.logarithmica est 1806 1800.huius dimidium 0903 0900.erit log. cui quæsito in Tabula respondet numerus 8 qui est radix q ipsius 64. Si verò quæratur radix cubica ex.g.numeri 125. cuius log.datur ex Tab. 20969 100.huius sumo tertiam partem,06989700. cui tamquam

log.

log. respondet in eadem Tab. numerus 5. rad. cub. 125.

Sexta quæ ad meam, & Adriani Tabulam spectat, est, quod, si logarithmos primos ex duplo log. sinus Totius detraxerimus remanebunt Tomologarithmi secundi eorundem arcuum, & è conuerso, quod oritur ex prima Analog. a cap. 3. est enim iuxta illam Vt Sinus primus alicuius arcus ad Sin. Tot ita hic ad Secantem secundam eiusdem arcus, vnde cum ex Trium proportionalium logarithmis aggregatum extremorum æquetur duplo medij; ideo si à duplo medij, qui in hoc casu est duplicatus log. Sin. Tot. auferatur alteruter dictorum extremorum remanebit reliquus eorundē; ex quo patet quod quilibet logarithmus 1. iunctus suo Tomologarithmo secundo debet constare duplum logarithmi Sin. Totius, idest 20,0000000. ex quo logarithmorū, & Tomologarithmorū columnæ, si occurrat erroris dubitatio, corrigi possunt, insimul autem cernis quomodo Tomologarithmorum columnæ ex logarith. columnis deductæ sint. Quo autē ad Mesologarithmos Analogia secunda nos adiuuat, cum enim vt Tangens prima ad S. T. ita hic sit ad Tang. secundam, ideo ex quarta propr. ex duplo logarithmi Sin. Tot. vnius dictarum detrahentes Mesolog. alterius remanebit Mesolog. vel eorum Mesolog. primum, & secundum adiungentes, duplum logarithmi S. T. componi debet; ex quo Mesologarith. columnæ corrigi possunt. Vel etiam sic, quia, vt, a d, S. To. ad, a f, secantem primam arcus, b d, ita, m d, Sinus primus eiusdem arcus ad b f, Tangentem primam, illiusmet arcus, ex similitudine triangulorum, b f a, m d a, ideo ex quinta Propr. aggregatū logarithmi Sin. Totius, & Tangentis primæ arcus, b d, æquabitur aggregato logarithmorum Secantis primæ, a f, & Sinus primi, m d, eiusdem arcus, vnde si simul adiungemus log. 1. cum Tomolog primis, & à summa detraxerimus 10,0000000. log. S. Totius, emanebunt Mesolog. primi quorum columnæ, veluti etiam log. & Tomolog. hac quoque via corrigi possunt; inuenies autem quādoque ab hoc dictos logarithmos vnitate deuiare, quod fractionibus relictis tribuendum est, ex quo pariter quomodo Mesologarithmorum columnæ ex logarithmorum columnis deductæ sint vnicuique facile est intelligere. Quod si etiam Versilogarithmorum columnas corrigere opus sit, logarithm. dimidij arcus, cuius Versilog. pro-

bare cupis an rectè ſe habeat, duplicabis, & eidem adiunges log. binarij, qui eſt 03010300, & vltimo loco ad ſiniſtram detrahes V- nitatem, huic enim numero debebit conformari dictus Verſilog. vt rectè ſe habeat, & hac eadem arte inuenti ſunt; ita ut omnes ex logarithmorum columna originari euidenter conſpicere liceat, quarum illa ſit veluti quoddam ſeminarium, ad quã Arithmeticã Chiliadum Tabulam ſimiliter ſe habere ſupradictum eſt.

Septima quæ Tabulis Trig logarithmeticis ſecundi generis, & Chiliadum Tabulis pariter competit, eſt, quod ſi duorum quorũ- uis numerorum ſumantur log. & ſimul addantur, conflabitur log. numeri ex dictorum numerorum ad inuicem multiplicatione pro creati; Et è conuerſo, ſi log. ex log. detrahatur log. numeri, qui exit quotiens in diuiſione maioris numeri per minorẽ facta, quo- rum prędicti ſunt logarithmi relinquetur. Ratio eſt, quia vt ſe ha- bet Vnitas ad alterum numerorum ſe multiplicãtium, ita reliquus ad productum ex tali multiplicatione, etenim quod fit ex multi- plicatione mediorum æquatur ſemper ei quod fit ex Vnitate in ip ſum productum multiplicata. Vnitas enim non auget numerum, quem ipſa multiplicat, & propterea log. Vnitatis, qui eſt. o. & fa- cti, ideſt log. ſolius facti, æequatur logarithmis ſe ſe multiplican- tium numerorum. Eadem rationem, quoniam ita ſe habet Vnitas ad quotientem, vt Diuiſor ad diuiſum, propterea log. Vnitatis, & Diuiſi .i. ſolius Diuiſi, æquatur log. Diuiſoris, & quotientis, & iõ ſi log. Diuiſoris ſubtrahatur ex log. Diuiſi remanebit logor. Quo- tientis. Aduertendum eſt autem in Sinibus, quod integri aſſumi debent prout in Tab diſponuntur. ſ. iuxta Sinum Tot. 1000000, 0000. vt fit Vnitatis log. ciphra; alioquin ſi aliquę ciphræ præſcin di à Sinu toto intelligantur, tunc Vnitatis log fit aliquid, nempe 1,00000000. cum aufertur vna Ciphra 2,00000000. cum duæ 3,00000000 & ſic deinceps, numerus ablatarum ciphrarum eſt Characteriſtica log. Vnitatis, vnde quot ciphris diminutos ſinus aſſumpſeris, tot Vnitates detrahendæ ſunt à ſumma log. ſeſe mul- tiplicantium, vt prodeat log. facti; ſimiliter Characteriſticam log. Diuiſi tot Vnitatibus auctam eſſe oportebit, quot ciphræ à ſinu toto pręſcindi intelliguntur, vt ab eo dempto log. Diuiſoris rema neat log Quotientis. Hinc autem patet, quod logar. cuiuſuis qua- drati

drati duplus est logarithmi lateris, siue radicis eiusdem, veluti logarithmus cuiusuis cubi triplus est latersi, siue eiusdem radicis cubicæ. Similiter cuiusuis parallelmo grāmi rectanguli logarithm. est aggregatum logarithmorum vtriusque lateris; & aggregatum logarithmorum quotcunque laterum est logarithmus eius numeri, qui ex continua dictorum laterum multiplicatione producetur, sed res exemplis illustrior fiet.

EXEMPLVM MVLTIPLICATIONIS.

Int duo quicunq. numeri 47. 54, quorum multiplicatū scire velimus, adiūgemus ergo simul eorū q̄ sūt log. 16720979 log 47. & 17323938 log. 54. & fiet 34044917. cui in Tabula respondet numerus 2538 qui quidem numeri etiam tamquam latera parallelogramorum intelligi poßunt.

Exemplum Diuisionis.

Int duo numeri 1921. Diuidendus, & 17. Diuisor, quæritur autem quotiens: logarithmum ergo Diuisoris 17. qui est 12304489. subtrahe ex log. Diuidendi 1921. qui est 32835274 remanebit 20530785. cui in Tab. Arith. respondet numerus 113 pro quotiente; eodem modo in Sinib. non mutilatis se res habet.

Exemplum multiplic. imperfectæ in Sinibus mutilatis.

It Sinus g. 0.10 m. 29. cuius log. ex Tab. Trig. 74637255. sit alius Sinus, nempè g. 3. qui est 523. ambo iuxta S, Tot. sex ciphris mutilati cuius log. 87188002. adde insimul fit 16, 1825257, log. minue Char. cam 16. vnitatibus sex fiet log. facti 10, 1825257. cui inter Mesolog. respondet proxime arcus gr. 56. m. 42. cuius Tangens, vt prædicti, mutilata, est 1523. maior uero producto, qui est 1516 7. vnitatib. 56. quod fractionibus relictis tribuendum est; & propterea, vt supra dicebatur Sinus non mutilati ad hoc accipi debent, quamuis numerorum multiplicationi, ac diuisioni Tab. Arith. sit aptior, quam Trig.

Octaua tandem, & vltima proprietas est, quæ cæterarum compendium esse videtur, quod in his Tabulis additio, siue copulatio proportionum fit per additionem eorundem valorum, subtractio per subtractionem Valoris à Valore multiplicatio, multiplicando Valorem, & diuisio, Valorem per Valorem diuidendo, ijs tamen seruaris, cum proportiones circa quas operamur, non sunt eiusdem naturæ, nempè vel omnes maioris inæqualitatis, vel æqualitatis, quę dicta sunt Cap. 5. propè finem; cum enim dictum fuerit ad finem Not 3. Cap. 4. in hisce logarithmorũ Tabulis, vt se hẽt proportio ad propor. ita Valorẽ ad Valorẽ ꝑ ea oꝑationes, q̃ circa terminos earundem proportionum per multiplicationem præcipuè ac diuisionem, siue per radicum extractionem, ad terminos ignotos enucleandos (in quo maximę desudare solent Algebratici) si circa earum valores exerceantur, multiplicationi additionem, & diuisioni subtractionem substituentes, eundem nobis præstabunt effectum, quod quidem nobilitatis, ac excellentiæ logarithmorum insigniorumque harum Tabularum Proprietatum existere compendium vnusquisque facilè percipere potest; ex hoc enim nedum multiplicationes, ac diuisiones sed etiã difficilimę radicum quarumcunq. extractiones habentur, vt de rad. quadr. & cubica, de cęteris autem innuitur in explicanda 7. proprietate, quæ in hac tanquam singularis in vniuersali continetur. Vt si quęramus ex. g. alicuius num. radicem quadricubam, quoniam inter quadricubum, & Vnitatem quinque numeri interijciuntur, & proportiones sex inter se quales, ideò Valor proportionis quadricubi ad vnitatem (qui coincidit cum logarithmo eiusdem numeri, qui assumitur tamquam quadricubus) idest eiusdem logarit. pars sexta erit logarithmus radicis eiusdèm quadricubæ; de his tamen operationibus Algebraticis, quæ per Tab. Chiliadũ potius, quam per Trig.cam absolui possunt, alibi fortes Deo dante, pertractabimus, quas ad harum Tabularum excellentiam aperiendã, quamplures alias Proprietates, quæ ex prædictis, tamquam ex fontibus oriuntur, ad cognitionem quandam vniuersalem habẽdam nunc innuisse sit satis.

CO-

COROLLARIVM.

QVoniam in superioribus ostẽsum est si duo numeri se se adinuicem multiplicauerint, facti log. æquari log.is facientium; & si numerus numerum diuiserit, log. Diuisi æquari log. Diuisoris, & quotientis; pariter si ex numero in se quadratè, Cubicè, supersolidè, &c. ducto producitur quiuis alter; ex primi logarith. duplato, triplato, aut quintuplato produci illius alterius logarit. Item si dati numeri extrahatur quæcunque radix, datique logar. bisecetur, trisecetur, &c. producetur log. eiusdem radicis; & tandem, quod quicunque numerus vulgaris ex vulgaribus componitur per multiplicationem, diuisionem, radicis extractionem, &c. eius logarithmus componitur respectiuè per duplationem, seu triplationem, &c. (quæ sunt quasi verba Neperi in sua Appendice de logarithmis) vt ex hic explicatis Proprietatib. innotescit; propterea hinc speeial us quam Cap. 4. discere possumus, quõ datis primorum numerorum logarithmis cæterorum, qui ex illis sunt cõpositi logarithmi facilè via multiplicationis haberi possint, vnde habitis ex. g logarithmis binarij, & septenarij, si eos simul adiungamus fiet logarithmus numeri 14. ex amborum multiplicatione facti; si verò cuiuslibet eorum dupletur logarithmus habebimus ex logarithm. binarij, log. 4. ex log. septenarij log. 49. qui sunt illorum quadrati numeri; similiter in cæteris procedentes, necnon circa sic inuentos operantes, siue etiam per Diuisionem, aut Radicum extractionem plurimorum num. qui in Chiliadibus disponũtur habere poterimus logarithmos difficultas autem præcipua est in logarithmis primorum numerorum inueniendis, quod ad cõplementum doctrinæ hic tangere libet.

Ad logarithmos ergo primorum num. inuestigandos duplici modo processit eorum Inuentor Neperus, nempè per intermediorum numerorum proportionalium assumptionem inter Vnitatẽ, & datum, & continuam dati numeri logarithmi bisecationem, mediationi geometricæ respondentem, vnde volens ex g. log. quinarij inuestigare, supposito Vnitatis logarithmo Ciphra; Denarij autem logarithmo 10,000,000,000, inter 10, & 1. quæ fuit me-

dium geometricum, quod eſt 316227766017 (additis Ciphris, vt rectè exprimi poſſit) quęrens 100000000000 poſtmodum medium Arith, i. biſecans, 10,000,000,000, quo fit 5,000,000,000, de in de iter inuentum medium geometricũ, & Denariũ adhuc inuenit vtraque media, ſic deinceps procedendo, donec adeò minuta pro portio haberetur, vt ipſe quinarius, etſi in hanc ſeriem mediorum proportionalium non incideret, tamen adeò parum ab eorum aliquo diſtaret, vt quanta eſſet diſtantia, tantum adderetur, vel detraheretur de illius medij eiuſdem proximi logarithmo per Regulã Auream operando; quod à Nepero innuitur in dicta Appendice, latius autem explicatur à Briggio in ſua Arit. log-ca. Cap. 6.

Alio pariter modo vtrique dati numeri primi logarithm. inueſtigare ibidem docent, vt patet in dicta Arith-ca. Cap. 5. quorum praxis huic innititur Regulę. Statuto Vnitatis Ciphra pro logar. Denarij autem 10,000,000,000, logarithmus cuiuſcunque numeri eſt numerus notarum (dempta vna) quibus ſcribitur factus continuò à dicto numero, cuius logarithmus quæritur, quot ſunt vnitates in logarithmo Denarij. Vnde log. ex. g. binarij eſt numerus notarum, quibus ſcribitur factus à binario toties in ſe ducto, quot ſunt vnitates in hoc num. 10,000,000,000, qui eſt logarithm. Denarii; Ego quidem compendia, quibus vtuntur dicti authores, ad tot multiplicationum tędium euitandum, ad ſciendumque non vltimum factum à binario, ſed tantum numerum notarum quib. ſcriberetur, ſi ipſum haberemus hic nõ enarrabo, cum in dicta Arit. ſatis clarè explicẽtur; verũ in eo qđ ſpectat ad d. Reg. veritatem patefaciendam, nonnihil & ipſe lucis afferre conabor. Ad hoc ergo intelligendũ, progreſſionibus geometricis rẽ expediri ſciendum eſt. Tres ergo progreſſiones geometricæ ab Vnitate incipientes conſtituẽdæ nobis erũt, quarum primã appellat Briggius infinitam, non quod omnes, ſed quod plures numeros comprehendat, & eos omnes, quorum logarithmos contigerit nos inueſtigare

A	d	B	e	C	m
1	0	1	0	1	0
2	1	h. 4	1	g. 16	1
h. 4	2	16	2	256	2
8	3	64	3		
g. 16	4	256	4		
32	5				
64	6				
128	7				
256	8				

re, hanc autem ex proportionibus atomis veluti constantem apprehendemus, eo quia ijsdem minores non consideremus; cuius quidem progressionis numeris appositi sint Indices, siue logarit. per æquale incrementum, vti proportiones atomæ, procedẽtes: Sit autem nobis prima progressio in columella, A, cuius Indices, in, d, esto autem, quod in, A, duos numeros vtcumque, assumamus, nempè, g, h, igitur 2ᵐ progressionem sic instituentes, vt post Vnitatem ponamus numerum, h, & progressionem continuantes, donec index (qui pariter in, e, apponi intelligentur) æquetur Indici noto numeri, g, vt patet in progressione B, & Indicibus, e, si tandẽ fiat Tertia progressio. C. habens post Vnitatem numerum g, nempè 16. quæ proportio Vnitatis ad 16. continuetur donec index æquetur reciprocè indici numeri, h; vltimi harũ duarum progressionum numeri æquales erunt, etenim inter eos, & Vnitatem proportiones atomę numero æquales interijcientur, duę enim proportiones seriei, C, valent singulæ quatuor proportiones atomas, & vtræque 8. earundem, & singulæ proportiones seriei B, valẽt duas proportiones atomas, & cum sint quatuor, cõstant 8. earundem, vt prædictæ. Si ergo fuisset ignotus log. siue Index numeri, h, ita ex log. noto numeri g. haberi potuisset; facta enim, per multiplicationem numeri, h, primo loco positi post Vnitatem 2. progressione B. toties donec index æquetur Indici noto, idest toties, quot Vnitates sunt ĩ Indice ipsius, g, innotescet numerus vltimo factus in eadem serie, quem si diuiserimus continuò per, g, cuius log. notus est efficiemus terminos, & eorum Indices seriei, C, Index autem numeri Diuisi in hac 3. progressione erit, ex iam dictis æqualis Indici, siue log. numeri, h, quęsito, magnum autem com modum præstat si numerus, g, log. noti sit 10. cum enim debeat ipsẽ diuidere vltimum numerum seriei B. toties, quot fieri potest; Denarius autem toties quemuis numerum diuidere possit, quotus est numerus notarum, quibus numerus diuisus scribitur, numerus autem diuisionum sit numerus propottionum inter primò diuisum, & Vnitatem interiectarum, idest sit Index vel log. primò diuisi, qui est etiam Index, vel logar. numeri, h, in serie, d, propterea verè dicitur, quod log. binarij similis ipsi h, procreantis seriem, B, per sui continuam multiplicationem, toties factam, quod sunt Vnita-

tes in log. Denarij, similis ipsi, g, æquatur numero notarum (dēpta vna) quibus scribitur vltimò factus ab eodem Binario in 2. progressione B, quarum notarum numerum, non autem ipsum factū scire sufficit.

CAP. OCTAVVM.

De usu in genere prædictarum Tabularum.

POstquam in antecedentibus proximis 4. Cap. de Natura log. in genere, deque particularibus eoruudem formis disserui-mus, non quidem, vt Tabularum constructionem plenariè docere-mus; sed vt easdem Tabulas tamquam constructas reliqui accipiē-tes, eandem nihilominus cuiusmodi sit subodorare possint, non. n. quicunque Triangulorum Analysim scire cupiunt, opus est, vt Tabulam sibi construant, vel quomodo constructa sit omnino intelligant, sed hoc vniuersali quadam cognitione apprehendere satis, superque existimari debet, ad hoc enim vnus laborat, vt multorū per Tabulas constructas labores subleuentur, licet qui particularius hęc intelligere cupit, ipsum Neperū, & Vrsinū pro log. primi generis; eiusdem autem Neperi Appendicem, & Briggij Arith. logarithmicam videre poterit, vt particularius dictarum Tabularum constructionem addiscere posit; reliquum est, vt Tabulis iam paratis, ad earum vsum, per Praxium titulos ipsum distinguentes, accedamus.

PRAXIS I.

DAto quocunque arcu, quomodo eidem correspondens Sinus rectus, vel logar. sit inueniendus, siue primus, siue secūdus, necnon Complementum Arithmeticum.

Logarithmi nomen in superiori titulo, prout est nomen genericum, assumitur, quæ de arcubus autem dicentur, de angulis etiā intelligenda erunt. Arcus ergo vel excedit Semicirculum, & tunc semper residuum accipiemus, quod vel maius, vel minus quadrante, vel quadrans esse poterit, veluti & quiuis oblatus arcus; qui quidem cum est maior quadrante adhuc nō reperietur in Tabula, quæ procedit tantum vsque ad g. 90. vnde residuum ad semicir-

culum

culum tunc erit accipiendum, si sit inueniendus sinus rectus, vel eius log. conuenit enim idem sinus, & eius log, tum arcui quadrante minori, tum eius residuo ad Semicirculum, Mesologarithmi autem, & Tomologarithmi sunt tantum arcuum quadrante minorũ, Versilog. autem sunt omnium arcuum à o. vsque ad g. 180. accommodato igitur arcu, vt in nostra Tabul. Trig. reperiri possit, si non excedat g. 45. ipsum in 1. columella sinistrę faciei descendente inueniemus; si verò superet g. 45. in 1. columella dextræ faciei ascendente reperiemus, is ergo arcus, cui sinum rectum, log. vel Mesol. aut Tomolog. seu Versilog. 1. vel 2. correspondentem cupiemus inuenire, vel constat ex g. & m. tantum, vel etiam ex secundis; si 1. ipsum inueniemus in Tab. expressum cui e regione correspondebunt in vnaquaque columna dicti numeri, qui quæruntur, primi quidem in eadem facie, secundi autem in reliqua facie si secundũ, tunc non semper ipsum in Tab. expressum reperiemus, nisi forte ad initiũ, & finẽ quadr. ipsum ergo non inuenientes sumemus eo proximè minorem, & proximè maiorem, è regione quorum in sua columna sinum rectum, vel quem volueris ex dictis logarith. eisdem respondentem adinuenies, transcribes ergo eum, qui minori arcui respondet, & differentiã inter ipsum, & eum, qui respondet maiori, quam ad Regulam Trium sic aptabis dicens si 60. scunda dant mihi tot quot habeo in meo arcu secunda quem numerum dabit mihi dicta differentia. Vel si Tabella priori sexagenaria vti malueris, à latere secunda quęres, & in fronte differentiam eo modo quo docebitur in exemplo, & in area colliges, quæ sunt addenda minori, vt habeatur sinus rectus, vel logarith. competens proposito arcui. Aduerte autem quod si dicta differentia habeat Numerum realem (quod ex numerorum realium interpositis columellis animaduertes) is pariter transcribendus erit, vt è regione eorundem secundorum sub ipso in propria Tabula (quæ est in dextris faciebus Tab. prioris sexagen.) Æquatio colligi possit addenda parti proportionali, vt tunc habeatur pars realis competens dictis scrupulis secundis. Aduerte autem pariter circa secunda quod aliqñ eadem reperies in Tab. digesta, vt fit ad initium, & finem ipsius quadrantis, vbi illa, vel continua procedent per singula, quinque, vel decem, viginti, vel triginta, & tunc secunda quærun-

tur

tur in Tabula ſexagenaria in ea columella, cui titulus eſt 5. ſec. vel 10. ſec vel 20. ſec 30. vel 60 ſec prout ipſa in Tab. procedunt, ſic autem operandum eſt cum quęrimus ſinum rectum, vel log. primũ quod ſi velimus ſecundum, tunc vice dictorum arcuum maioris, & minoris, eorum complementis vtemur, veluti etiam ſecundis reſiduis ad 60 ſec. eodẽ ſubinde modo, quo ſupra operationem totã abſoluentes, vt exemplo clarius apparebit. Complementum autẽ Arith. alicuius log. cum apud Briggium (de cuius compẽdio, quod præſtat, ſe ab Edmondo Guntero admonitum eſſe fatetur, vt ego ab ipſis) dicatur, dempto log. ex log. Sinus Totius, reſiduum, quod ex tali ſubtractione relinquitur, propterea log. Dati arcus Comp. Arith facilè habebitur, eiuſdẽ log. dẽpto ex log. S. T. quo pacto ẽt Meſolog. Tomolog. & Verſilog. Comp. Arith. pariter haberi poterit, ſi pro Comp. Arith. reſiduum etiam intelligamus ad duplum logarith. Sin. Tot & hoc pro Meſolog. & Tomolog. excedentibus Sinus Totius logarith.

EXEMPLVM I.

Detur arcus g. 217. quia ergo ſuperat ſemicirculum accipio reſiduum ad integrum circulum, nempè g. 143. qui cum excedat ſemicirculum adhuc non reperietur in Tab. propterea accipio reſiduum ad ſemicirculum g. 37. quod etiam habui, ſem demptis 180 ex 217 & ſic redactus eſt ad noſtræ Tabulæ arcus, cum verò minor ſit g. 45. ipſum inuenio in vna columellarum deſcendentium, quæ primo loco ad ſiniſtram ponuntur in ſiniſtris faciebus, uolens igitur ex. g. Meſolog. primum ipſum in propria columna è regione ipſius inuenio, nempè 9877 1144 quod ſi uelim Meſ. ſecundum in alia facie in columna Meſolog reperio 10, 228856. vel ſi velim Complementum Arith Meſ. primi dicti arcus ſubtraho Meſolog pri. ex 10,0000000 & reſtat Comp. Ar 01 228856. Aduerte tamen in Tom. & Meſ excedentibus log. Sin, Tot ſubtractionem debere fieri non ex ſimplici log. Sin. Tot. ſed ex duplo, nempè ex 20,0000000. & vt ſupra diximus, vocabitur pariter hoc reſiduum Comp. Ar

corun-

eorundem, cum verò logarithmorum, Vers. & Mes. qui sunt ab initio quadrantis, usq. ad gr. 45. posit assumi utrumq. Compl. Arith ideò ad distinctionem, cum significabimus residuũ ad 10, 0000000. dicemus Comp. Arit. minus quod semper subintelligemus (etiam si non addatur particula, minus) esse minus, cum verò residuum ad 20,0000000. tunc dicemus ipsum Compl. Arit. maius: Quoniam verò dictũ est ad 6. Propr. Cap. ant. in in Tab. Trig. eiusdem arcus log. primũ, & Tomog. sec. simul iunctos semper constare 20.0000000. idest duplũ log Sin. Tot. ideò Tom. 2. est Comp. Ar. ma. sui log primi, & è conuerso log. 2 est Comp. Ar. maius sui Tom pr. Similiter eodẽ loco habetur Mes. p. alicuius arcus esse Comp. Ar. maius Mes. 2. eiusdem arcus, & è conuerso, idcirco log. Mes. & Tom. Comp. Ar. ma. facilè sic haberi poterunt; quoad Vers. autem hoc compendium non habemus, sed Complem. Arit. eorundem, ut supra docuimus poterit inueniri: Accipio ergo per dictum Compendium Comp. Arit. ma log. pr. g. 37 ex columna Tom. 2. in dextera facie 10,1238856. idem cum Comp. Ar. minori, si 1. loco ad sinistram præscindas unitatem, si autem Sinus recti, log. Tom. & Vers log. pr. vel 2. nec nõ eorum Comp. Arit pariter haberi poterunt.

EXEMPLVM II.

Esto nunc, quod sit inquirendus log primus huius arcus, sc. G. 0. 15. m. 33 sec. cum ergo in Tab. non inueniam nisi g. 0. 15. m. 30 sec. prox. minorem, ideò cum hoc accipio logarith. pr. 7654015 63 eoque ex sequenti log. subtracto adnoto seorsim differentiam, quæ est 46449. & quia huic differentiæ adiacet in intercolumnio num. realis 63. ipsum pariter seorsim scribo, ut hic vides instituto calculo, & quoniam Tabella priori sexag. ad uenandam partem residuis 3. sec. competentem uti volo, ideo in eius sinistra facie quæro Differ. 46449. in fronte, necnon Nu-

		Diff. n.r.
o. 15.m.33.sec.	76540563	46449—63
	12000	0
	1800	0
	120	0
	12	0
	2	7
	50	4
	2	5
	76554551	log. quæsitus

re. in altera facie itidem in frōte, & a latere 3. sec. & quia prædictus arcus incedit in eum locum, vbi scr. 2. incedunt de 10. sec. in 10 sec. ideo hæc 3. sec. quærenda sunt in columella, cui titulus 10. non cui titulus est 60. deinde quia dicta differētia 46449. in fronte quærenda ibi sic descripta nequit inueniri, propterea frustratim sic capienda erit, incipiendo semper ad sinistram ipsius differentiæ, & cum singulis eiusdem num. colligendo in area particulas quæsitæ partis; sic ergo cum 4. accipio 1200. è regione 3. sec. quæsitorum sub columella, cui superstat 10. cum 6. similiter capio 1800 cum 4. 1200 iterum cum 4. 1200. & tandē cum 9. 2700 hi vero numeri tali ordine sub inuento log. scribendi erunt, quot notis constat differentia tot notas primo inuēta particula de ipso log. vltimas ad dexteram occupare debet, sic ergo scribo 1. sub 4. 2. sub 0. sub 0. 0. sub 5. 0 sub 6. & continuo etiā scribere ciphra 5. donec extet vna nota extra lineolam integra terminantem. quod semper erit obseruandum continuando quartam notam, quæcunque sit donec ad eum locum perueniamus, ut etiam in cæteris, quod fit ob multitudinem fractionum, quæ aliquem errorem licet paruū parere possunt, ad quod iuuabit quandoque etiam ad dua loca post lineuolam procedere, vel etiam ad 3 vltra quem vltimum locum nihil scribemus, sed habentes numerum excedentem 5. vt ex. g. 6. pro ipso 6. ponetur vnitas in ipso vltimo loco, aliæ ergo particulæ deinceps inuentæ postmodum

dum

dum, & ipsæ subscribuntur sẽper uno loco ad dexteram promotæ, abijciendo quod residuum est vltra vltimum locum, & adden do vltimo loco vnitatem, qñ hoc abiectam dimidium integri su peraret. sic ergo de ipso 1 2 0 0. penult. nu. scripsimus tantũ 1 2 0. & de ipso 2 7 0 0. tm̃ 2 7. qđ Nu. rea. ero 6 3. procedere ac si esset a- lia diff. inueniendo itidem in eadẽ linea è regione 3. sec. iũ assum ptorum, cum in 6 in propria facie 5 0 4 0 & cum 3. 2 5 2 0. & quoniam 6 3. duab. ex notis constat, ideo priorem partic. 5 0 4 0. scribo subsequenter præinuentis, vt occupet tantum duas notas sub inuento log. sic ergo pono 5. sub 6 & 0 sub 3 & 4. vltra li- neolam reliquum abijciendo. similiter posteriorem particulã sub hoc scribo, sed promotam vno ad dexteram loco, abiectis 2 0. qui supersunt vlt loco a me statuto; hæc omnia tandem in vnam summam colligo, & fit log ita rectificatus, vt vix vnquam una, vel duab. vnitatibus (quod in tam magnis nu nihil refert) recedat à vero, & hoc ob fractiones, quæ uel in his particulis uel in tabulatis log pseudo scribere cogimur, dum terminantur, pa- tet autem hic, quod si parti proportionali tantum stetissem, quod ipsa minor iusta 5 3. Vnitatibus fuisset, & multò plus error ex- crescit quanto maiores sunt differ. & tantus error esse potest, quã- tus est nu. re. differ. appositus, nisi ipsius Nu. rea ratio in his locis habeatur, & quidem tantus est, vt ad initium quadrantis vs- que ad 6 0 3 4 4 3 2. peruenire possit, ubi in dimidio aut primi mi nuti tantum pro cæteris, per ipsum tñ datur ipsi veritati ẽt ibi propius accedere, & in tam paruo arcu talis error negligi potest: Cui tñ libuerit, poterit seorsim huius partis realis qnæsitæ dictum calculum perficere, addendo summã deinde iã inuento log. sed si nostro modo operabitur illi tantum una vice addẽdum erit. Vel poterit partem propor. venari multitudo differ. 4 6 4 4 9, in 3. sec. & diuidendo per 1 0. sec. quia procedũt hic ipsi arcus per 1 0. sec.

20. vel 30. aut 60. prout se habet arcuum interstitium, & sic habebitur pars propor Verum Æquatio pro parte reali modo, quo supra factum est inquiri debet. Ne quis tamen terreatur ab hoc exemplo est.n. de difficiliorib. quæ contingere possint, non n. sẽper adest Nu. rev. nec semper differ. est quinque notarum, peopterea si his difficiliorib. parumper se assuefecerint, magnam de paruo labore se percepisse fructum animadutrtet, ideo maximè aduertatur hoc exemplum, cum his, quæ infra proximè dicentur.

SCHOLIVM.

Generalis quidem est superius exemplificata doctrina ad eliciendum Sin. rect. Mes. Tom. ac Vers. primos, & secundos, nec non eorum Arith. Compl. cum tamen ex. g. Mes. 2. dati arcus erit eliciendus, oportebit loco ipsius accipere Residuum ad quadrantem, vt in superiori Ex loco 0. 15. m. 33. sec. accepissem 89. 44. 27. vel si te piget hanc subtract. facere, quærens Mes. 2. è regione arcus prox. maioris tabulati, nempè 0. 15. m. 40. sec. vt partem realem cum secundis residuis ad ipsum interstitium, nempè 7, sec. quod in idem recidit. Eodem modo cum volueris Compl. Arith. alicuius Arcus, cui adhæreant secunda; sumes cum arcu ꝓximè maiori Compl. Arit. log-mi Tabulati, transcribens differentiam inter log. è regione maioris, & minoris prox. tabulati, cuius partem realem quæsitam non cum tuis secundis, sed cum residuo 60. siue ad datum arcuum interstitium subscribes addendam inuento Comp. Arith. vt habeatur Comp. Arit quæsitum per viam additionis, non autem subtractionis, vt opus esset operãdo priori modo, hoc autem fit, vt operationes omnes ad vnam additionẽ reducantur, hoc igitur maximè notandum tibi erit.

EXEMPLVM III.

Licet in superiori exemp. quo ex dato arcu log. & reliqui eidem respondentes num. habeantur satis pateat, vt tamẽ amplius manifestatur prædictæ operationis methodus, & calculi forma, cum plurium arcuum fuerint quærendi log. & eorum summa, vt in Aurea Reg. resoluenda semper contiget, aliqualiter

		Diff.	n.r.
12.			
A.89. 2.48. 1. 2.	82195811	37926-42	
B.21.32.21.1.	95647163	3200	
C.47.53.18.1.	98702756	1142	
	06000		
	1400	0	
	1180	0	
	0004	0	
	051	0	
	370	2	
	000	0	
	30	0	
	12	0	
	20	0	
		6	
	5	6	
	1	3	
Logarith.	276554805	f	

ter p̃scribatur, hoc Exemp. instituimus. Dentur ergo tres arcus ex.g. A, B, C, & sit inquirenda summa, quæ consurgit in log. 2. A, & cæterorum log. pr. (semper autem scies esse primos etiamsi non adDatur titul: pri. dummodo non habeant titulum 2 quod de Sin. rect. Mes. Tom. & Vers. pariter intelligetur) qualitatem ergo quærendi num. semper ipsi arcui subiunges, vti vides in apposita calculi forma, deinde cum gr. & m. accipies ex Tab. vniuscuiusq. log. nempè log. 2. A. & log. 1. B, & C, vt autem habeam log. 2. A, deberem quidẽ ipsũ sumere non cum arcu A, sed cũ residuo ad semicir. sed ne cogar hoc residuũ quærere, tãtum superscribo, ipsis 48 sec. resid. ad 60. nempe 12. et ita iuxta dicta in prox. Sch. accipio log. 2. A, è regione g. 89, 3. prox. maioris reseruans 12. pro inuenieda parte realis, & si quidem sufficiat crassa minerua calculũ expediri poterunt prædicti pro veris log. haberi nihil curando de secundis, quod si in eo exactissimi esse velimus, tunc accedemus ad Tabellam priorem sexagenariam, vt prædicti log. cum prius in̄ scripserimus differ. & Nu. rea. si adest, è regione dictorũ log. & cũ vnaquaq. differ. Nu. re. & scr. sec. tertio loco sui arcus relictis, accipiemus, vt in

priori

priori exemp. in area particulas, quas ut sup. exemplificatū est, prædictis log. ita subscribemus, vt vides in forma calculi, & li cet ex area sumpti num. 4. notis semper constent, sciendū est tñ, quod 4. nota, tū 5. tū 6. 7. 8. loco, & sic deinceps subintelligenda est, ex quo, cum volueris numeros continuare vsq. ad 1. sec uel 3, locum post lineolam, d f. integra terminantem, scies quartā no tam immutabiliter esse continuò scribendā. ut si ex area accipe remus in facie sinistra sub 8. è regione sec. 26. hunc nu. 3466: no bis aūt, ut perueniremus post lineolam, d f essent replenda septem loca, sic eū scriberemus 346|6667. continuando ipsū 6. hoc. n. no tabile habent istius Tab. Nu. vt quarta nota eadem semper con tinuetur, dum cum plurium, quam quatuor notarū differ. d Nu. ex Tab. accipiuntur, pono aūt vlt. loco non 6. sed 7 quia 6. exce dit dimidiū, vnde cum subsequens 6. sit abijciendus, vltimò v nitatem superaddo, quod semper facere oportebit dum quarta siue ultima nota, dimidiū. i. 5. superauerit; quod ei, qui diligentiūs vo luerit operari, erit cum prædictis adnotandū, his ergo continuò ita subscriptis, ut loca ad sinistram continuò repleantur, vti nos feci mus, vltimò fiet omnium summa, quā inquirimus; hic ergo Typus est absoluendæ Reg. Trium, quam in sequentib. præcipuè in Triangulorū Analysi toties præ manib. habebimus, Dicet aūt ali quis tædiosum esse tot scribere particulas, pro colligenda parte rea li; verum ipsi satis, puto fiet, cum id sine mentis defatigatione per fici animaduertet, patēt. n. d. particulæ in duab. facieb. vt vnico in tuitu facilè colligantur, & quod maximi faciendum est postquā ex Tab. Trip. cum arcubus ex g. & m. constantib. sumpseris log. quotcunq sint, negotium inueniendæ partis realis ad vltimū pro rogatur, ut non sint folia toties reuoluenda, & tandem cunctis suo loco dispositis, Reg. Triū (est hoc tantæ molis) vnica omnium additione perficitur. Poterit tñ, cui otiū erit, huic malo mederi, si

hanc

hanc Tabellam, quæ tantum procedit usq. ad 9. ad 100. usquē protenderit, ubi n. datæ differ. in hac singuli num. quæruntur in fronte, in illa bini num quæri possent; & tandem cui hæc metho dus minus probaretur, non deerit consueta regula venandi partē propor. per multiplic. cuiusq. differ. in sua scr. sec. & diuisionē per. 60. vel per inuentum scr. sec. interstitium; verum quo ad Nu- rea. præd. Tab uti opus erit; est ergo quæsita sum. 276554805. quā calculi formam in Aurea absoluenda Reg. sēp obserseruare utilissim erit, & propterea summe aduerēda, quinimmo in d. Tabella se se prius aliquantulum exercere maximè adiuuabit.

Exceptio, & Reg. pro Versi log. graduum supra 90. inueniendis.

QVamuis ex arcubus log. excerpere docuerimus, excipiendi tū sunt a dicta Praxi Vers. graduum supra 90. eò usq. etenim per eam Ver. tantū inueniri possunt; quod si gr. sint supra 90. siquidem excedant 180. abiectione semicir. habentur gr. minores semicir. ad quem arcum spectantem Vers. ad datum etiam arcum semicir. excedentem pertinere non difficulter intelligemus; si verò sit infra 180. ad eius Vers. venandum talis erit Reg. Dato arcu, cuius desideras Vers. quicunq. sit, dummodò minor semicirculo, dimidij eiusdem log. duplicato addes logar. binarij, & fiet summa, à qua dempto vltimo loco ad sinistram vnitate, ipsa erit Vers. dati arcus.

EXEMPLVM.

DEtur arcus gr. 117, 15. cuius sit quærendus Vers. sumo ergo in Tab log. dimidij, nempè log. g. 58. 37. 30. qui est 99313450 huic duplicato addo log. binarij, qui est Comp. Arit. log G 30 nēpè 030103.00 & fit (dempta vlt. loco ad sinistrā vnitate) summa 10, 1637200. Vers dati arcus.

Alia Regula, & facilior.

EX duplo log. dati arcus siue residui ad semicir. (vtrisq. n. competit idē log.) auferas Ver. eiusdē residui, vel addas eidem duplo Cōpl. Arit. Vers. eiusdem residui, auferendo tunc vlt. loco ad sinistram Vnitatem, & constabitur Vers. dati arcus.

EXEM-

EXEMPLVM.

Sit eiusdem arcus 117.15. quærendus per hanc Regulam Vers. est arcus ergo reliquus ad semicir. g. 62.45. eius log. 99489101. à cuius duplo 198978202. aufero eiusdem arc. Vers. 97341003. & remanet Vers. 10.1637199. deficiens à prædicto tantum, vnitate, quod fractionib. relictis tribuendũ est, vel eidem duplo addo Cõp. Ar. dicti Ver. quod erit 02658997 & fiet summa (dempta dicta Vnitate) 10,1637199 Vers. dati arcus idem, qui sup. Hæc autem Reg. supponit Vers. tabulatos g. quadrantis; Verum per priorem Reg. etiam Vers. g. infra 90. poterunt inuestigari, & consequenter Vers. columnas, si quñ erroris dubitatio nobis contigerit, per priorẽ Reg. corrigere poterimus; Ratio aũt prioris Reg. in hoc fundatur. s. quia, vt se habet S.T. ad sinum dimidij dati arcus, ita hoc dimidium ad Semisinum eiusdem arcus; posterioris autem in hoc, quia sinus quicunq. rect. medio loco propor. est inter Sin. Versos duorum arcuũ semicirculum constituentium, quos idem Sin. rect. distinguit, quæ quidem ex Cor. 8. Sexti Elem. facilè comprehendi poterunt.

PRAXIS II.

DAto cuicumque numero non plurium, quam decem figurarum correspondentem log. vel Comp. Arith. inuenire.

Oblatum quemcunque numerum, siue sit numerus vulgaris siue Triang. latera mensurans, siue tandem sit num. Sin. recti Tãg. Sec. vel Sin. Versi, si non ex pluribus quam sex notis constaueri[t] in Tab. Arith. log. quærere poterimus, in qua semper, & in frõt[e] num. habebimus infra 10000. a latere autẽ Vnitates 19. quæ simul cum numeris frontalibus legendi erunt; si ergo cõstet ex quatuor vel paucioribus notis, huius log. erit in Tab. descriptus, vt si num. datus esset 1422. eius log. haberetur, quæsito in fronte inferiori 1420. & 2. a latere, è regione ipsorum in area, sc. 31528996. vel hunc subtrahendo ex 10,00000000 habetur Cõp. Ar. 68471004.

Quod si datus num. vltra quatuor, habebit ẽt vnam, vel duas notas erunt istæ partes decimæ, vel centesimę Vnitatis 4. loco posit[æ]

curabi-

curabimus autem, vt decimę fiant centesimę, adiecta eisdẽ ciphra, & hoc, vt in venanda parte proportionali Tabella priori centenaria vti possimus, inuento igitur log. 4. pri. notarum, subsequentem differ. transcribemus, cuius eam partem sumemus, quæ relictis cõpetit centesimis. & si adesset num. rea. ęquatio itidẽ partis propor. in proprijs faciebus d. Tab. sumeretur, quęrẽdo in sinistra facie in fronte differ. & à latere centesimas, in dextera aũt facie Numerum realem, si adesset à latere easdem centesimas, & in area particulas colligendo eodem prorsus, modo, quo in Exemp. 3. ant. Prax. vsi sumus; & omnia simul sub inuento log. locando, vt ibi docetur, ijs. n. omnibus in vnã summam redactis, fiet log. quęsitus, quẽ si dẽpseseris ex 10,0000000. habebis Comp. Ar. Verũ si indigeres Cõp. Ar. quod velles absq. inueniendo log. tũc cum nu. tabulato nostro proximè maiori accipe in area non log. sed eius Comp. Ar. deinde non cũ relictis cẽtesimis, sed cũ earũ residuis ad 100. quęre, vt sup. in dicta Tabella particulas addendas semper accepto Complem. Ar vt fiat Comp. Ar. quæsitum; conducet aũt hoc, dũ in Reg. Triũ totam operationem per additionem perficere voluerimus. Est aũt circa operationem istam Reg. generalis, quæ logar. Charact. concernit, cautè obseruanda, quæ talis est. Quot notis constat numer. post 1. notam, tot Vnitatib. eiusdem log. Charact. constare debet, vnde è conuerso, Quot Vnitatib. constat dati log. Charact. tot notis post primam illi respondens num. constare intelligitur, & si q̃d restat post ipsum illud est fractio, vel fractiones Vnitatis, quæ est vlt. loco ipsius integri num. Ex quo patet log. prædicti num. ex. g. 1422. cum constet trib. post primam notis conuenienter habere Charact. 3. quod si ab ea demeretur Vnitas, tunc esset log. numeri 142.$\frac{2}{10}$ si duæ vnitates, esset log. 14.$\frac{22}{100}$ vel si p̃d log. 31528996. char. Vnitas adderetur, fieret 41528996. logarithmus 14220. si duæ, fieret 51528996. log. num. 142200. si tres, quatuor, quinq. &c. fieret log. num. 1422000. 14220000. 142200000. & sic deinceps, patet ergo dum ex Tab. log. accipimus, Charact. Tabulatam sic accipiendam esse, dum num. cum quo log. quærimus, tot notis post primam, quot ipsa vnitatib. constat augendam insuper dum plurib. minuendam dum paucioribus post primam notis numerus noster cõstare intelligetur. Poterit tñ hoc negligi, acceptis

log. prout in Tabul. inueniuntur, quotcunq. num. post primã constet notis, dummodo qũo te gesseris circa terminum antecedẽtem datæ proportionis, eodem modo te geras circa consequentẽ illius proport. volo dicere, quod si ex. g. numeri 14220. abutereris log. 31528996. cuius Charact. 3. ostendit post primam notam tres tñ notas, cum tñ adsint quatuor, ita si ex eius cũ alijs logar. additione prouenisset mihi log. 34539296. qui in Tab. spectat ad numerum 2844. subintellexissem vnam notam amplius, velut in priori i. me ex hoc log-mo non 2844. sed 28440. accipere debere, sic. n vtrobiq. idem defectus, vel excessus attendetur, expeditius autem fore erit sic operari, ne hæc Charac-cę mutatio nos turbare possit; sic ergo dum per Tabulã Arith. circa numeros non plurium, quã sex notarũ, operamur, accipiemus log. cum Char-cis, quas ipsi gerunt, tamquam si duæ notæ vltimo loco positę essent fractiones centesimæ, ex quo deinde consurgentes, siue per additionem, siue subtractionem log-mi, ostendent nobis post integra etiam fractiones centesimas, quas tñ non vt fractiones, sed vt numeri integri partes subaudies esse capiendas, ita vt ex. g. log-mus 31186912 cui respondet numerus 1314 17. indicet mihi tamen ipsum integrum, sc. 131417.

EXEMPLVM I.

DEtur numerus A 120139 sex notarum, quẽ tamen ac si ita scriptum esset 1201.39. accipio, summo ergo log-mũ numeri 1201. ex Tab. Arith. qui est 30795430. & diff. proximè sequentem 3615.

	I log.	Diff.
A. 1201.39	30795430	3615
	1170	0
	234	0
	03	9
	1	9
log. Nu. A.	30796840	

ac numerum realem, si adesset, omnibus in directũ, vt vides in forma calculi descriptis, deinde vado ad Tabellam priorẽ centenariam, & quæro frustratim in fronte differ. è regione centesimarum 39. & in area acceptas particulas ita subscribo inueto log-mo, vti vides, ijs seruatis, quæ in Exemplo 3. ant. Prax.

circa

circa dictarum particularū subscriptionem præscripta fuere; potuesset tamen Charac ca duabus vnitatibus augeri, cum numerus constet quatuor notis post primam, sed ob maiorem facilitatem, prout inuentus est in Tabula, eum sic accepimus; si autem adfuisset numerus realis, cū ipso tanquā cū quadam Differ. acceptas in sua facie, vt dictū est, particulas, inuento log mo subscripsissem, quorum omniū summa est log. numeri A, quæsitus.

EXEMPLVM II.

EX *præcedenti quidem Exēplo liquet, quod dempto postremò habito log-mo ex 10,0000000. relinqueretur Comp. Ar. 69203160. Verum si prima fronte cupiam habere absq log mo ipsum Compl. Ar. log. eiusdem numeri, A, 120139. ita scripto 1201.39. postremas duas notas tamquam fractiones centesimas habens; tunc cū proximè maioris s. cū 1202 accipio non log mū, sed Comp. Arith. quod est 69200955, quem cū antecedenti proxima in Tabula inuēta differ. 3615 eadē priori scribo è regione numeri, A, vt vides in forma calculi, subscribens illi particulas ex dicta Tabella desumptas in sini-*

61	Comp.Ar.	Differ.
A. 1201.39	69200955	3615
	1830	0
	366	0
	06	1
	3	0
Cōp. Ar.l.A.	69203160	

Alia forma primi calculi.

A. 1201.39	30795430	3615
	325	35
	1084	5
log. Num. A.	30796840	

Alia forma sec. Calculi.

61		
A. 1201.39	69200955	3615
	36	15
	2169	0
Cōp.Ar.lo.A.	69203160	

stra facie cùm differ. 3 6 1 5. in fronte, & à latere non è regione 3 9. sed residui ad 1 00 nempe ipsius 61 quē ideo supscripsi eidem 3 9. & facta omnium summa erit Comp. Arit. log. A, idē, quod supra. Poteris autem nisi velis per dictam Tabellam operari, in priori Exemplo multiplicare 3 9. ī differ. 3 6 1 5. cum verò factum sit diuidendum per 1 00 quod fit abijciendo duas ad dexteram notas; ideo quoniam multiplicando 9. in 3 6 1 5 prouenit 3 2 5. 3 5. ideo hunc vltimis notis ad dexteram inuēti log-mi ita subscribo, ut 3 5. sit ultra lineolam integra terminantē, & eodem modo subscribo etiā, quòd fit ex 3. in 3 6 1 5. ipsum in vno loco ad sinistram promouendo, quorum sūma dat eundem, qui supra log-mum.

Sic etiam pro Comp. Arit. multiplicabo 6 1 in 3 6 1 5. factum inuento Arith. Comp. eadem arte subscribendo, & eorum summa fit Comp. Arit. quæsitum, idem quod supra, vt in alijs prædictorū calculorum formis conspicere licet, utr ā autē velit sibi eligat calculator, poterit uerò dū pluriū numerorum erunt quærēdi log mi, vel Comp. Arit. & eorū summa primo cū integris ex Tabula Arit. log mos, vel Comp. Arithmetica, cum differentijs, & num. realibus, si adessent, omniū transcribere, cū quibus postremò partem realem, ex dicta Tabella, vel hoc posteriori modo inuentam simul adiungere poterit, veluti ex 3. Exemp. ant. Praxis facilè aliscere possumus, hoc autem videtur pro cōsuetis operationibus, in quibus numeros ex pluribus, quā sex notis, constātes rarò adhibemus, satis esse, verum, si quis maioribus vteretur, iuxta sequentia illi operandum eßet.

Quando ergo oblatus numerus, cuius quæredus est log-mus, vel Comp. Ar. excedit sex notas, tunc quatuor primarum quæsito log-mo cæteras notas multiplicabimus in differentiam proximè sequentem inuentum log mum, & à facto tot notas ad dexteram absciodemus, quot in nostro numero post quatuor primas relictæ

fuerant

fuerant, quod factum ipsi log-mo adiũgentes, habebitur log-mus q̃situs Reg. generalẽ aduertendo pro Char ca, nempè quod tot vnitates sint in Charac ca, quod notis post primam datus numerus cõstat (nisi velles operari ad modum explicatum in hac Praxi, proximè ante primum Exemp.) vnde si post primam haberet 8, notas, Charac. esset 8. si 9 esset 9. si 10. pariter esset 10. & sic deinceps. Poteris autèm ad hoc etiam vti Tabulæ Trig-cę columna sinuum, in qua si offendes tuum numerum habebis etiam è regione log. si verò fuerit sinibus intermedius sumus log-mum proximè minoris, & differentiam proximè sequentem, idest differ. log-morum prox. minoris, & prox. maioris, necnon differ. prox. minoris numeri, ac prox. maioris, ac differentiam prox. minoris, & dati, quas differentias tali ordine dispones, prout exigit Regula Trium, & iuxta eam operando habebis quarto loco partem proportionalẽ addendam assumpto log-mo, vt habeas log-mum tui numeri rectificatum, verum hoc tantum opus erit cũ exquisitissimè etiam in numeris tam magnis volueris operari. Possemus etiam nostro numero tamquam sinui correspondentem arcum inuenire, vt infra docebimus, & ex arcu postmodum log-mum venari, ea, qua supra docuimus arte, verum pro sui libito vnusquisque hunc, vel illum sibi eligere poterit.

EXEMPLVM III.

*S*It *quærẽdus log-mus, vel Cõpl. Ar. num* 8485, 27523 5. *primarum ergo quatuor notarum* 8485, *summo log mũ ex Tab. Ar. mutata tũ Charac. 3. in 9 quia datus numerus constat 9. post primã notis accipiens prox. sequentem differentiam, vt in calculi forma cernere potes, quã in residuum numeri multiplico, sc. 2. in 27.523 5. factumque scribo tali pacto sub inuento log-mo, vt, quoniam erunt abijciendæ ex facto sex notæ, post lineam integra terminantem extent pariter sex notæ, deinde reliquos numeros eadem ante multiplico, & subscribo, sed retrò ad sinistram vno loco, vt in multiplicando moris est, quorũ omniũ summa erit log-mus quæsitus, quo dẽpto ex* 10,0000000. *haberi*

potest

potest Ar. Comp. Vel si ipsum non non per log-mum inuestigare uelim; Numeri 8486. proximè maioris dato accipio non log mū, sed Cōpl. Arith. cum eadem differentia, quæ proximè ipsum antecedit, nempè 512. quam multiplico non in 275235: sed in eius residuū ad 1000000 (qđ īō eidē superscripsi,

Pro inueniendo lo-mo.

Numerus		
8485, 275235	99286518	512
		550470
	2	75235
	137	6175
log.quæsitus.	99286659	
Comp. Ar.quęs.	00713341	

Pro Comp.Ar.inueniendo.

	Comp.Ar	Diff.
724765		
8485, 275235	00712970	512
	1	449530
	7	24765
	362	3825
Comp.Ar.quęsitū	00713341	

continuò factis, ut supra inuicem subscriptis, ut uides in proprio calculo Compl: arit. quibus omnibus simul additis, & abiectis, qui post lineolam integra terminantem; proueniunt, numeris sit summa Comp. Ar. quæsitum 0071 3341. idem quod supra.

Vel quæro hunc inter sinus, & eo prox minorem inuenio 848510,2150, præterea sumo differentiam maiorem 1538960. & minorem 173085. illam primo hanc autem secundo loco reponendo, abiectis tamen ab ijsdem, ob maiorem facilitatem, notis ad dexteram tribus, vt euadant, maior quidem differentia 1539. minor 173. tertio loco pono differ. inter log-os prox. minoris, & prox. maioris, quæ est 787. quam multiplico in 173. factumq. diuido per 1539. & fit quotiens 88. quem addo log-mo è regione prox minoris inuento, & fit summa 99286659. idem, qui supra, log mus, qui demptos ex 10,0000000. dabit idem Comp. Ar. Verum expeditius fortè erit iuxta priorem modum operari, & præc

pue,

puè, si post lineolam integra terminantem, vnam tantũ, vel duas numerorum columellas ex multiplicatione prodeuntium, vt fine erroris sensibilis periculo fieri poterit, tantum adscribemus. Vel tandem inuenietur ex sinu arcus, vt nunc docebimus, & ex arcu log mus vel Comp. Ar.

PRAXIS III.

DAto sinui recto, vel log-mo competentem arcum inuenire.

Oblatus log-mus vel est in Tab. Trig. descriptus, & ipsius è regione à latere aderit eiusdem arcus; Vel erit descriptis intermedius, & tũc accipies differ. inter prox. mi. & mai. & diff. inter prox. min & datũ log. quas abiectione notarũ ad dexterã sẽper rediges, vt non pluribus, quam quatuor scribantur notis; deinde te confe res ad Tabellam priorem Sexag. in qua & in sinistris faciebus quę res tuæ maiori differentiæ proximam adnotans à latere sub 60. numerum illi è regione positum, in eadem vero columna, in qua quæsiuisti maiorem differ. minor etiam quærenda erit, insimul ad notando numerum à latere sub 60. e regione tuæ differ. minoris, vel saltem eidem proximę; duorum verò, quos adnotaueris numerorum minorem duces in 60. & factum diuides per maiorem, & habebis scr. sec. vel etiam aliquãdo Tertia differentiæ minori congruentia. Vel poteris in fronte, A B, vel calce, D C, Tabellæ posterioris Sexag. quærere vtrumque adnotatorum numerorum descendendo à maiori in Trapezio, A E C B, vel ascendendo ab eodem maiori in Triangulo, B C D. donec incidas in numerum 60. etenim in eadem linea sub minori adnotatorum numerorum offendes sine sensibili errore, eadem scrupula, quæ per multiplicationem, & diuisionem factam pariter habere potuisti, tui autem arbitrio hoc relinquimus, desumes verò dicta scrup. in Trapezio, A E C B, si dicti numeri in fronte quæsiti fuerint, vel Triangulo, B C D, si in calce, D C, accepti fuerint; habenda tamen ratio est, cum in Tabula Trig. arcus procedunt vel per singula secunda, vel per singula quinque, vel decem, vel viginti, vel triginta, quod semper intelligimus colligi partes sexagesimas dicti interstitij, quę in arcubus procedentibus per singula secunda, sunt Tartia, dum vero interstitium est 5. sec. valent ip sa sec. singula. 12. dum est 10. sec. valent 6. dum est 20. valent 3. dum 30. valent 2. ideo habitæ Sexagesimæ

gesimæ in his locis ad talia scr.sec.redigenda erunt, si Tertia tibi videbuntur negligenda.

EXEMPLVM.

Detur Mesolog 95203052. huic quoniã est in Tabula descriptus inuenio respondere G.18.20 quod si detur ex. g.Tomolog.11,0793715 cum eo proximè minori tabulato accipio arcum g 83.13. deinde hoc Tomolog.prox. minori dẽpto à Tomolog.prox.maiori constituo differ.maiorẽ, et eodẽ prox.min. dẽpto ex nostro constituo diff.minorẽ illã nempè 15123. hanc 4749. à quib.tñ abijcio vnã ad dexterã notã, ut sit maior diff. 512. min.uerò 475. quæro ergo maiori differentiæ propiorẽ in Tabella priori Sexag.in faciebus sinistris & inuenio sub 2 è regione 45. ĩ columella, cui superstat 60.num. 1500 adnoto ergo 45 post lineolam integra terminantẽ; & in eadẽ columna quæro ꝓpiorem differentiæ minori 475. & inuenio è regione 14.numerũ 466. illi propiorem, & ideò in directum illi scribo etiam 14. quos quæro in fronte Tabellæ posterioris Sexag. & descendens à maiori donec incidam in 60. discedo ab ipso 60. versus sinistram in eadem linea quousque offendã in Trapezio A E C B, numerũ, qui stat sub 14. numero frontali, inuenio autem adesse numerum 19. & hæc sunt scr.secunda minori differentiæ congruentia, siue sexagesimæ partes interstitij, quo procedunt arcus, quod dico propter arcus in primo, & dimidio secundi gradus extensos, qui quidem minutius, vt dictum est, quam per singula minuta ibi secti fuerunt, & tandem, vt vides in forma calculi, datus Tom.conuenit G.85.13.19. poteras etiam ducere 14 in 60. & factum partiri.

g.85.13.19	11,0793715	Tom.datus.
a.e.u.	11,0788966	Prox.mi.dat,a.e.
Diff.	mi. 47419	14 dant, u
	ma. 151213	45

stri per 45. & ibi fuisset quotiens idem 19. & hoc si non velles vti posteriori Tabella, quod si etiam priori vti renueris multiplicabis minorem differentiam, vel integram, uel mutilatam, prout volueris in 60. & factum diuides per maiorem, tot notis quot ipsa minor ad dexteram pariter mutilatam, & prouenies idem quotiens, siue eadem scr. sec 19. Eodem autem modo sin. rectis, log & Vers. competentes arcus adinuenies.

Aduertendum tamen tibi est, quod, cum dicti sin. recti, & log. non fuerint Primi, sed Secundi, inuētus arcus debebit subtrahi ex 90. & residuus erit illi tanquam Secundo competens arcus: quod si primò ipsum capere velis cum tuo proximè maiori, quem, vice prox. minoris, illi subscribes, sumes non in eadem, sed in altera facie à latere illi è regione stantem arcum, & habita eadem differentia maiori, constitues minorem, nō vt supra fecisti, sed subtrahendo tuum à prox maiori, cum quibus competentia scrupula inuestigare eodem modo poteris, mitto exemplum, quia Regula captu facilis est.

Notandum insuper, quod cum, habens Tomolog. incides in primam medietatem primi gradus, vel, habens log-mum (nomen nunc est speciei) incides in vltimam medietatem vltimi gradus quadrantis, ægrè poteris conspicere, cuinam extensorum ibi arcuum competat, cum. n. ibi nullam, vel paruam per singulos arcus faciant ipsi differentiam, incompertum vtique erit, cuinam ipsi congruant; fateor sane ꝙ huic defectui succurrere potuissē, si log. in ijs locis notis auxissem, verum ad confusionem euitandam, consulto hoc dimisit casu enim contingente, quod in calculo feramur ad hæc extrema quadrantis loca, quod quidem rarissimè eueniet, euitabimus hoc incommodum, calculi formam commutando, prout expedire cognoueris, vt non sit tibi ex Tomolog. vel log. consimili venandus arcus, sed vel ex sinibns rectis, vel ex Mesolog. aut Versilog-mis, quam commutationem diuersæ traditæ Regulæ Trigonometricæ tibi suppeditabunt, scias tamen vltra 10. minuta ad initium quadrantis, & citra 10. minuta ad eius finem rem paruam errorem inducere posse, præcipuè si in tali casu de secundis non multum sollicitus fueris, quod æqui bonique consu

k lat

lat calculator, fortè tamen per particularem Tabellam hanc tollemus indistinctionem.

Exceptio, & Regula pro Versilog. graduum supra 90.

QVoniam ab hac 3. Praxi excipiuntur Versilog graduum supra 90. ideò ad complementum doctrinæ hic eorum particularis Regula tradenda est; Cum ergo Versilog. datus excesserit 10,0000000. log mum Sinus Totius, signum erit quod congruet gradibus supra 90. tunc igitur addita ad sinistram vlt. loco vnitate demes ab ipso log. binarij, qui est Comp. Ar. G. 30. nempè 03010300. & residui dimidio tamquam log-mo quæres competentem arcum, cuius duplum erit arcus dato Versilog. correspondens.

EXEMPLVM.

DEtur talis Versilog. 10, 2155814. cui quærendus sit correspondens arcus, addita illi ergo dicta vnitate, vt fiat 20, 2155814. demo ab ipso. 03010300. & restat 19, 9145514. cuius dimidium 9957277. quæsitam inter log-mos, dat G. 65. cuius duplum G. 130. erit arcus dato Versilog correspondens.

PRAXIS IV.

DAto cuicunque log mo congruentem numerum inuenire. Ad hoc vtrisque Tabulis log-micis vti poteris; quacunque autem vsus fueris, recordare quod vnitates erunt in Charac. tot notas post primum quęsitum numerum habere; si ergo per Tabulam Trig. id velis expedire, aspice inter log-mos, tuo proximè minorem, & cum eo sume; sinum rectum illi è regione positū, subtrahens prox. minorem log-mum à tuo, & prox. maiori, vt constitu as differentiam maiorem log-cam primo loco ponendam, & minorem secundo loco, tertio verò differentiam Sinuum rectorū è regione dictorum log-rum existētium, ex quibus per Regulam Trium habebis residuum addendum inuento sinui recto, vt habeas sinum, siue numerum dato log-mo congruentem. Poteris etiam ex log mo quærere arcum, & ex arcu sinum iuxta supradicta. Vel si Tabula Arith. vti volueris, præcipuè cum erunt numeri non pluribus, quam sex notis constantes inueniendi, tunc, non respi-

respiciens ad Charac-cam, quæres post eam sequentes notas, accipiens, si eas præcisè non inueneris, cum proximè minori numerum in fronte inferiori, cum eius residuo à latere, qui ex pluribus, quam quatuor notis non constabit; scribens sequentem proximè differentiam, nec non differentiã tui, & proximè minoris log-mi, quam si per 100. vel 1000. vel 10000. aut 100000. multiplicaueris, prout ex tui log-mi Charac-ca conspicies deesse notas ad tuũ numerum integrandum, idest si differentię minori addideris Ciphras 00. vel 000. vel 0000 vel 0000. prout exigit diuisio, totumque per maiorem diuiseris differentiam, exiet pars addenda inuento in Tabula numero, vt fiat numerus quęsitus; cum igitur erit per 100. diuidendum, poteris te ad priorem Tabellam centenariam conferre, quærens in aliqua columnarum eiusdem numerum tuæ differentiæ maiori propinquiorem, adnotansq. centesimas, quæ erunt à latere, & in eadem columna similiter quęres differ. minorem scribens pariter illi respondentes, vel saltem ipsi propinquiori à latere centesimas, quo facto, vel minori centesimæ, addes 00. & totum diuides per maiorem, vel vtrasque centesimas quæres in fronte A B, siue vtrasque in calce, C D, posterioris Tabellæ centenariæ, eo modo, quo docuimus circa Tabellam posteriorem Sexag. à maiori procedendo sursum, vel deorsum, donec offendas numerum 100. nam in eiusdem linea transuersali sub minori centesima inuenies particulas centesimas, ponendas post quatuor iã scriptas notas, in Trapezio quidem, A E C B, cùm in fronte acceptæ fuerint, sed in Triangulo, B C D, cum in calce easdem assumpseris. Est tamen circa Charac-cam obseruandum, si daretur logarithmus numeri, qui esset terminus consequens alicuius proportionis, & in assumptione numeri, qui esset terminus antecedens dictę proportionis, Charac-cam debito, vel maiorem, vel minorẽ assumpsisses, tunc in discernendo notarum numero, non esse Charac cæ standum, sed quantum ipsa defecit, vel excessit pro priori numero, tantum & pro posteriori deficere, vel excedere intelligenda erit, velut etiam propè ante Exemp. Primum 2. Praxis explicauimus.

EXEMPLVM.

DEtur log-mus 9 2 0 9 9 3 2 7. oportet ergo illi congruentem numerum inuenire, per Tabulam igitur Trig. cam inue-n o eo proximè minorem 9 2 9 9 6 1 5 3. quem subtraho ex prox. maiori 9 3 0 0 2 7 5 8. vt habeam differentiam maiorem numerum 6 2 0 5. & eundem etiam aufero ex dato log-mo, vt habeã differentiam minorem numerum 2 7 7 4 similiter sinum è regione prox. minoris log-mi, qui est 1 9 9 3 6 7, 9 3 4 4. aufero ex prox. maiori 1 9 9 6 5 2 9 7 4 5. vt habeam tertiam differentiam. 2 8 5 0 4 0 1. quam duco in minorem, factum diuidens per maiorem. & fit quotiens. 1 2 7 4 2 9 6. quem addo sinui prox. minori 1 9 9 3 6 7, 9 3 4 4 & fit summa 1 9 9 4 9 5 3 6 4 0. numerus congruens dato log-mo, qui constat ex 1 0. notis, cum Charac-ca sit nouem unitatum. sed nimis laboriosus est modus iste, cum enim per log-mos tædiosas multiplicationes, & diuisiones euitare studeamus, in ipsas, quasi nolentes incidimus. Insuper non valde certus, etenim in tam magnis numeris hæc pars proportionalis deuiat a vero, tum ob magnitudinem differentiarum, tum ẽt, quia in tali casu longioribus log-mis indigeremus, ne fractiones, quæ relinquuntur, eandem proportionem perturbare possent, hoc autem sequitur tam si vtaris Tabula Trig. quam Arith. vt cernere nunc poteris. Quæsito enim dicto log-mo in Tab. Arith. inuenio eo prox. minorem (mutata Charac. in 3.) 3 2 9 9 7 2 5 2. quem demo ex dato log-mo, vt habeam differentiam minorem 2 0 7 5. & maiorem ex Tab. accipio 2 1 7 7 adnotans seorsim numerum 1 9 9 4. quem sumo cum proximè minori, deinde quia numerus debet constare ex 1 0 notis, desunt adhuc sex notæ, propterea minori differentiæ 2 0 7 5. addo 6. Ciphras, vt sit 2 0 7 5 0 0 0 0 0 0. & totum diuido per maiorem differ. 2 1 7 7. prouenit mihi quotiens 9 5 3 1 4 7. quæ sunt quæsiti numeri deficien-

ficientes notæ ponendæ post 1994. vt numerus integer sit 1994953147. quem tamen ex Tabula Trigon. inuenimus 1994953640. sed uterque ob dictas rationes claudicat, cum verus numerus dicto log-mo correspondens sit 1994953211. maior tamen est diff. per viam Tabulæ Trig quã Arit. cũ illa sit vnitatũ 429 hæc verò tantũ 64 manifestum est ergo quod licet numeros 10. notarum Tab. Arit. exquisitissimos non dabit, tamen hoc præstabit quo ad numeros 8. notis, & infra, descriptos; quod si numeros 6 notarũ tantũ adhibebimus, vt nos in nostris calculis soliti erimus, omnia exquisito habebuntur sic ergo inuentis duabus prædictis differentijs maiori 2177. minori autem 2075. additis minori duabus Ciphris totũ diuiderẽ per maiorem. & esset quotiens 95. quæ sunt centesimæ ponendæ post 1994. quæ notæ habentur ex Tabula cum prox. minori, vt habeã numerũ sex notarũ 199495 dicto numero respondentem, neglecta Charac ca quæ licet ostendat numerũ debere ex 10. notis constare, cũ tamen sex mihi sufficiant propterea hic ad Charac cam non respicio Poteris tamen, si tibi libuerit etiã dictas cẽtesimas per Tabellas Centenarias (ueluti p sexag. ipsas sexagesimas habere docuimus in Exemplo 3 Praxis) inuestigare, sic ergo quæro vtrasque differentias in aliqua columnarum prioris Tab. Centenariæ, vel eis proximas, non quidem in dextris, sed in sinistris tantum faciebus, & inuenio eisdem propiores in tertia columna 2070. pro minori, & 2160. pro maiori, e quorum regione à latere adnecto centesimas 72 & 69. deinde addo minori 69. duas Ciphras & totum diuido per 72. maiorem, & fit quotiens 95 quæ sunt eadem inuentæ centesimæ, vel quæro illas duas in fronte, A B, vel vtrasque in calce, C D, descendẽs, vel ascendens à maiori donec incidam in numerum 100. à quo per lineã transuersalem discedens versus Trapezium, aut

Trian-

Triangulū, prout in fronte, vel calce sumpti sunt dicti numeri; inuenio sub 69. numerum 96. uix unitate differens à prædictis centesimis; sed expeditius forte fiet multiplicando differentiā minorē per 100. & factū diuidendo per maiorē si ipsas mutilauerimus prout expedire apparebit; & si ad duas notas dictæ differentiæ redactæ fuerint facilimè per dictam posteriorē Tab. Centenariam dictas centesimas prima frente habere poterimus; per eam enim cuiuscumque numeri infra 100. partes centesimæ haberi possunt, hac omnia autem & parauimus, & innuere voluimus, vt quem sibi faciliorem modum dijudicauerit eum vnusquisque prosequatur.

PRAXIS V. & VLT.

Auream Regulam in Arcubus, vel numeris per dictarum Tabularum log-mos expedire.

CVm hùc præcipuè circa log-mos impensus labor tendere videatur, valde opportunum esse existimaui, tamquam Corònidem, hanc, quæ totius primæ huius partis doctrinæ filis contexta videtur, cæteris subiungere Praxim, quam in sequentibus præ manibus in vtraque Trigonometria semper habebimus, vnde solerter addiscenda erit. Et quoniam in Aurea Regula, vel duorū datorum arcuum, siue numerorum, tertius, vel trium quartus pro portionalis quęritur (subaudi non arcus, sed eorum sinus rectos, aut Versos, siue Tangentes, & Secantes esse proportionales, de arcubus enim, vt sic, agemus in Appendice dictis Tabulis interposita) propterea ad hoc Regula generalis erit. Si duorum tertius quæratur, Complementum Arithmeticum primi adde duplo log. secundi, & habebis log-mum tertij. Vel si trium quæratur quartus Compl. Arith. primi adde log-mis cæterorum, & habebis log. quarti, si tamen ab illo tertio dempseris vnitatem primo loco ad sinistram, cum fuerit Compl. Arith. minus, vel duas, cum fuerit Compl. Ar maius; quam detractionem etiam à log-mo quarti pro portionalis facere debebis. Hæc est Regula generalissima, & semper obseruanda; circa quam nonnulla ad maiorem intelligentiam

mihi

mihi sunt explicanda, primò quod log-mi nomen generice hic accipitur, non tantum speciem log-morum, sed etiam Mes. Tom. & Versilog. comprehendens; 2. quod dictę vnitatis, vel duarum vnitatum vltimo loco pręcepta detractio semper fieri debere subintelligetur, quotiescunque addatur Comp. Ar. prout erit vel Cōp. Ar. minus, vel maius, ne hoc toties mihi sit repetendum, sit cautus ergo calculator in hoc obseruando, etiamsi de hoc mentio nō fiat nisi aliter, ferente casu, pręciperetur 3. quod modo consueto posset quidem ex duplo secundi, siue ex summa secundi, & tertij auferri primi log-mus, & restaret idem log-mus, qui ex supradicto modo relinquitur; verum id à nobis ea factum de causa, vt Regula Aurea, etiam vbi occurrit necessitas venandi log-morum in eadē occurrentium partem proportionalem, vnica omnium additione expediri possit, quod insigne est Compl. Ar. beneficium, vbi enim primi log-mus esset ex dicta summa detrahendus, tantum abest, vt eum auferre velimus, vt potius illi addamus residuum ad 10, 0000000 quod vocamus Comp. Ar. sic enim summa fit debitum excedens numero 10, 0000000, quem quia facilè auferimus, dēptā dicta vnitate vltimo loco ad sinistram, propterea hoc Arith. Compl. vtili compendio, quam consueta methodo admittendi in ipsa Regula subtractionem vti maluimus; eam tamē, cui placeret, pro sui arbitrio, etiam adhibere poterit; patet autē ex dictis, quot Cōpl. Arit. datę summę addita essent, tot esse dicto loco demendas vnitates, vt remaneat illud idem, quod per subtractionem omnium, quorum addita sunt Comp. Arit. factā ab eadē summa, relinqueretur; ad prefatę autē Regulæ generalissimæ intelligentiā dabimus Exēplum inquirendi triū datorū quartū, ex quo duorū tertiū venandi modū quoque intelligemus, & vnico exēplo tum in arcubus, tum in numeris eādem satis explicatā esse supponemus.

EXEMPLVM.

Dentur arcus, A, B, C, & sit quærendus arcus D, ad cuius Tangentem ita se habeat Tangens arcus, C, veluti se habet sinus rectus arcus, A, ad sinum rectum arcus, B, hic modo consueto esset multiplicanda Tangens, C, in sinum, B,

G.m sec.		
48.		Diff.
A. 12. 0.12.L.C.A.	06815272	5939
B. 20. 5.17.L.	95357832	3454
C. 15.47.30 M.	94512602	4825
D. 25. 2.10.M.	4000	0
a. e. u.	0720	0
	2814	0
	157	2
	010	0
	413	3
	04	2
	11	1
	2	5
	9669384	dat. a,e,
	px.mi. 3319	
	D. mi. 529	dãt.u.
	ma.3294	

& productum diuidendum per sinum, A, Verum per log mos, pro sinu, A, iuuenimus non quidem log mum, sed, quia est primo loco. Cõp. Ar quod indicant litteræ L. C. A in directum scriptæ significantia quærendum esse Comp. Arit log-mi, A, B log. C, verò Mes quibus sumo prox. minora cum G. & min. scribens differentias, vt vides in forma calculi, cum quibus postremò, & relictis scr. sec. inuenio ex priori Tab. sexag. particulas, quas subscribo inuentis log mis, vt docetur Exemp. 3 eiusdem Praxis, ijs autem omnibus in vnā summā coniectis, fit Mes. 96693848. cum quo iuxta Praxim 4. inuenio arcum D, illi congruentem, quo pacto etiam te geres, cum trium numerorū quartus proportionalis quærēdus erit, regulis inhærendo superius traditis.

In hoc quidem, & supra adductis exemplis log mis 8. notarū vsi sumus, verum si ijsdem 7. vel sex notarum vsus fueris, omnia, quę ad partem proportionalem log-orum numa orū, vel arcuum venandam, necessaria sunt euadent faciliora, tunc autem etiam numeri reales erunt sic mutilandi, nec opus erit tam magnas differentias

rentias multiplicare, vel in Tabellis q̄rere, ſed expiditius omnia ſient; quod ſi celerrimè ſit tibi calculus perficiendus partem proportionalem negligere poteris, cum arcū pręter propter cognoſcere ſatis erit, tunc enim cum tuis propinquioribus arcubus ſumes ex Tabula Trig. log-mos, & è conuerſo, cum tuis propinquioribus dictę Tabulę log-mis, arcus accipies abſque labore, rarò enim eueniet error minutorum, & paucorum, ſi quando contingat, eſt autem pręſens Exemplū de difficilioribus, quę accidere poſſint, non enim habemus ſemper in arcubus ſc. ſec. nec tam magnas differentias, quapropter ex hoc ritè percepto calculator valde animari poterit; His igitur inſtructus ad vtramq; Trigonometriam lęto accedat animo; hęc enim, & ſequentia cum vigili ſtudio fuerit conſequutus ampliſſimam ad altiſſima mundi ſibi paraſſe viam tandem (vt cum Tichone loquar) animaduertet.

Scandere inacceſſi liceat quæ culmina Cæli,
Et ſuperas penetrare domos habitacula Diuum.

quibus tandem, ne erroribus Tabularum fruſtretur, in ſuis operationibus, vltra editam earum correctionem, ſubſequentes, ad earū probationem, & emendationem, ſi opus eſſet, Regulas, quarum nonnullas Cap. 7 ad Propr. 6. tetigimus, breuiter hic ſubiungere, vtiliſſimum quidem fore exiſtimaui, ad quas explicandas nunc accedemus.

Regula ad probandam vtramque log-cam Tabulam, & prima ad probandos log-os, Meſ. & Tom.

ADde log-mum cuiuſuis arcus Tom-mo eiuſdem, & ſi (dēpta vnitate ad ſiniſtram vltimo loco) conflabitur Meſ. eiuſdem arcus rectè is ſe habebit, ac reliqui duo.

Regula 2. ad probandos iterum log-mos, & Verſ.

SIc probabis etiam log-mos, per Verſ-os; probandum log-mū duplicabis, & illi addes 03010300. log-mū binarij (dempta vltimo loco ad ſiniſtram vnitate) et ſi facta ſumma æquabitur Verſ-mo eiuſdem dupli arcus, dictus log-mus rectè ſe habebit. E conuerſo probabis Verſ-os per log-os, nam à dato Verſ-mo auferes (addita vnitate ante vltimum locū ad ſiniſtrā) 03010300. & ſi relicti dimidium conformabitur log-mo dimidij arcus eius,

Vel sic A logarithmo duplicato subtraha logarithmu sinus 30 graduu et habebis sinum versu dupli arcus
At author data opera subtractionu vitat etsi abiectio unitatis a sinistra sit subtractio

Vide Neperu in fabrica logarithmorum.

quem probas Verſ-mum, is rectè ſe habebit, verum non omnes ſic probabis, reliquos ergo per Regulam generaliſſimam infrapoſitam probare poteris.

Reg. 3. ad probandos log-mos, & differentias Tab. Arith.

HÆc erit facilima, nam ex log mis Differentiæ, & ex Diff. log-mi addendo, vel detrahendo, probantur.

Reg. 4. ad probandos Numeros Real. Tab. Arith.

DImidium Differentiæ, cui competit probandus Nu. Rea. aufer ex Diff in eadem Tabula quæſita, ac interiacente duplum minoris termini illius Diff & numerum eum inſequentem, & ſi reſiduum cõformabitur tuo numero reali, is rectè ſe habebit. Vt, volo probare, an nu. Rea. competens Diff 8.6002. qui eſt 213. rectè ſe habeat; duplicato ergo minori eiuſdem termino, qui eſt 50, vt fiat 100. ex differentia 43214. quæ eſt inter 100. & 101. aufero dimidium prædictæ, quod eſt 43001. & relinquitur numerus 213. idem noſtro nu. rea. quẽ ideò iuſtum eſſe cognoſco.

Reg. 5. ad probandos Num. Reales Tab. Trig.

NVmeri Reales, interiecti in ſiniſtra qualibet facie log-mis, & Meſ-is, probabunt interiectos Meſ. & Tom-is in dextris faciebus, & illi hos viciſſim, cum debeant, qui ſunt in eadem linea tranſuerſali inuicem adęquari. Qui verò adiacent Verſ-mis, & etiam præfati, probabuntur, ſumpta differ. cui aſcribuntur, & ea quæſita in Tab. Arith. cui ſaltem proximam inuenies Differ. ac ideò proximum numerum realem, & eundem, cum eandem offendes differentiam, ex quo argues eoſdem rectè ſe habere æqualibus enim differentijs æquales numeri reales competere debẽt.

Reg. 6. ad probandos ſin. rectos infra G. 30. & ſupra 60.

PRobandi ſinus arcus accipe defectum, vel exceſſum ad g. 60. prout eo vel minor, vel mai. eſt, cuius defectus, vel exceſſus ſinum rectum adde probando ſinui, cum minor eſt, deme, cum maior ex qua additione, vel ſubtractione cõſurgẽs ſinus ſi cõformabitur ſinui arcus tantum excedentis G. 60. quantum is deficit à

G. 60.

G. 60. vel tantum deficientis à G. 60. quantum is excedit G. 60. eũ inquam, quem probas sinum rectum, scies recte se habere: Vt, volo probare sin. G. 40, addo illi sin. G. 20. & aspicio anfacta summa, quę erit 98480775 30. conformetur sin. G. 80 & sic inuenio ex quo probãdũ sinum rectum iustum esse cognosco. Poteris etiam pro cęteris, vel multiplicare probandum sinũ in eius sinum sec. & factum diuidere per dimidium sin. Tot. & si quotiens conformabitur sinui dupli arcus eius, quem probas, rectè stabit: Vel quadratum probandi sinus demere ex quadrato sin. Totius, & si reliqui sumpta radix sinui secundo conformetur, Sinus probandus legitimus erit, vel ad hoc sequenti generalissima Regula te adiuuare poteris.

Regula generalissima ad omnia probanda.

ASpice progressum differentiarũ primarũ, vel secundarum, vel tertiarum, & iuxta ipsum prædicta omnia & probare, & emendare poteris.

Admonitio.

ANtequam verò huic primæ Parti finem imponam, quãdam admirabilem connexionem, quæ inter hanc Tabuiã Trig. log-cam, & Tabulas log-morum pirioris generis (quos adhibuit Neperus, & Vrsinus, in quibus Ciphra statuitur pro log-mo Sinus Totius) reperitur, hic Lector innuere placet, quæ super his duabus Regulis fundatur.

Regulæ circa Tab. Trig. log-cam.

1 SI logarithmorum ad Sinus rectos & versos infra G. 90. nec non ad Tangentes minores Sinu toto pertinentium sumpseris Complementum Arith. illud erit log-mus abundans ascribendus illi eidem gradui, cui competit log. noster, cujus sumptum est Compl. Arith. existente tunc log-mo sinus totius ipsa Ciphra, & log. vnitatis 10,0000000.

2 Si à log-mis Tangentium supra G. 45. & omnium Secantium dempseris vltimo loco ad sinistram vnitatem, residuum erit logarithmus, qui si accipiatur tamquam defectiuus, spectabit (si sit Tangentis) ad Tangentem (si sit Secantis) ad Secantem eius gradus, cui noster ascriptus erit; stante log-mo Sinus totius ipsa Ciphra, & vnitatis 10,00000000.

Ratio dictarum Regularum.

ASpice in appositis colu mellis. Descriptos nu meros imaginare autem columnam, A, esse columnam, in qua dispositi sint Sinus clausi inter 1, & 100. Sinum totum, & Secantes ex.g. à Si nu toto sursum ascendendo vsque ad Secantem vtcumq. 120. (in istis autem progressum similiter sinuum versorum, & Tangentium intelli gere potes) prædictis ergo numeris columellæ, A, sint

	A	log.	log.	Dif.
Secantes S.t	120	105	− 5	2
	115	103	− 3	2
	108	101	− 1	1
	100	100	0	3
Sinus	90	97	+ 3	3
	75	94	+ 6	7
	55	87	+ 13	13
	30	74	+ 26	74
	1	0	+ 100	
	A	B	C	D

ascripti sui logarithmi secundi generis in columella B, nempe, qui habent Ciphram pro Vnitatis logarithmo, & vnitatem cum Ciphris, vtpote 100. pro logarithmo Sinus totius: deinde logarithmorum ad Sinus pertinentium sume Comp. Ar. nempe residuum ad 100. log mum Sinus totius, logarithmorum verò spectantium ad secãtes accipe residuum, dempto log. Sinus totius, siue vltimo loco ad sinistram vnitate, idest tam in logarithmis sinuum, quã Secantium, sume differentiam ad Sinum totum, & has scribe pro logarithmis in columella, C, præfixo signo abundantis ijs, qui sinibus respondent, signo verò defectiui ijs, qui stant è regione Secãtiũ; Dico igit qd numi columellę, C, erunt log. num. columellę, A. i. sinuũ, & secãtium, sinuũ quidẽ abundantes, Secantiũ verò defectiui, existente log. Sinus totius ipsa Ciphra, vt postulãt log. primi generis ratio huius est, quia si addideris binos quosuis log. nempè quemuis columellæ, B, cum sibi respondente in columella, C, semper ex illis Integratur log. Sinus totius (& intellige de additione Cosica dum defectiui sunt addendi) cum ergo bini quique numeri ita se habeant, si duas quasuis logaritmorum bigas assumpseris, vt 97. 94. & 3. 6. eadem quãtitate ptimus numerus 97. superabit secũdum 94 qua tertius 6. superabit quartum nempe 3. idest erunt numeri æquidifferentes; siue eosdem proportionum valo-

valores continentes, igitur numeri columellæ, C, tam erunt log. numerorum columellæ A, quam ij, qui sunt in columella, B, licet enim progressus sit diuersus, tamen æqualitas differentiarum conseruatur, quarum differentiarum communium series apparet in columella, D, sic igitur res se habet in nostra Tabula Trigonometrica, si enim sumpseris cuiusq. in ea log-mi (nomen est genericũ) differentiam ad log. sinus totius, nempè Compl. ꝑ Ar. log-mis eorum, qui sunt infra sinum totum, & excessum supra log-ũ sinus totius per log. eorum, qui sunt supra sinum totũ, confectã habebis nouam Tabulam Trigon. log-cam, in qua Cipra erit log-us sinus totius, & 10,0000000. log-us vnitatis hanc enim exhibet columella, C, vt verò admirabilis connexio, q̃ est inter has duas Tabulas, log-morum nempè primi, & secundi generis, luculẽtius appareat, ostendemus in nostra Tabula, huiusmodi nouam Tabulam, absq. eo, quod nouo labore computetur, contineri, quod, puto, non iniucundum erit intelligere; imo vlterius Neperi, vel Vrsini Tabulã ex hac deduci posse, & viciſſim hanc ex illis, summum huiusce-modi texturæ artificium non immerito quispiam esse existimabit.

Transformatio nostræ Tabulæ in Tabulã log-morum primi generis, in qua Tabulas Neperi, & Vrsini ex hac deriuari facilè posse demonstramus, & viciſſim hanc ex illis.

CVm nostra Tab. Trig. log-ca constet in binis patentibus faciebus (dimissis, sinuũ columnis) ex octo logarithmorũ columnis, dico earum quinque tãtum assumptas, nempè duas Tomologarithmorum, & vnam Mesolog. à g. 45. vsque ad finem quadrantis, ac duas, quę erunt Complementi Arith. ei vniuscuiusq. Versilogarithmi conficere nouam Tabulam log-cam, in qua log-us sinus totius erit Ciphra, vnitatis verò log. 10,0000000. cum enim dixerimus excessum log-orum Secantium. i. Tomologorum supra logarithmũ sinus totius, si accipiatur tamquã log. defectiuus ex secunda Reg. pertinere ad eundem arcum, ad quem spectat noster Tomologar. ideo in duabus columnis Tomologarithmorum nostræ Tabulæ si intellexeris demptam vltimo loco ad sinistram vnitatem, erunt istæ columnæ Tomologarithmorum nouæ Tabulæ ad integrum quadrantem. Quia vero ex prima Regula, Cõpl. Arith.

Arith. logarithmi cuiuſque ſinus, ſeruit pro log-mo abundanti in noua Tabula, his verò Compl. Arith. æquantur log-mi ſecundi, pręciſa vltimo loco ad ſiniſtram vnitate, propterea, eędem inuētæ in noua Tabula Tomologarithmorum columnę, quatenus eorum log-mi ſubintelligentur eſſe abundantes, ſeruiēt pro logarithmis arcuum ſecundorum eorū ad quos ſpectāt noui Tomologarithmi, ſic ergo in noſtra Tabula cum habeas columnas Tomolog-orum nouę Tabulę ad integrum quadrantē, habes etiā columnas log-rū ſpectantium ad ſinus rectos, quibus ſupplent eędem Tabulę Tomologarithmorū. Pro Meſ. verò nouę Tabulę, ſi quidem quæras Meſ. infra g. 45. eorum Comp. Arith. (ſubintelligė minora) ideſt Meſ. Graduum ſupra 45. pręciſa vltimo loco ad ſiniſtram vnitate, quatenus abundante, ex Reg. 1. ſeruiunt arcubus ab initio quadrantis vſq. ad g. 45. ſi verò eoſdem Meſ-os arcuum ſupra g. 45. (dempta, &c.) defectiuos feceris, ſeruient arcubus ſupra g. 45. vſq. ad finem quadrantis, eadem ergo columna Meſ-orum arcuum ſupra g. 45. inſeruit integro quadranti, priori quidem medietati, vt abuudans, poſteriori, vt defectiua. Tandē ex Reg. prima Comp. Arith. Verſilog-orum, conſtituent columnas duas Verſilog-orū nouæ Tabulæ, in qua erit log-mus ſinus totius ipſa Ciphra, log-s autem vnitatis erit 10,0000000. qui aſcribitur in noſtra Tabula ipſi ſinui Toto; quod non eſt aliud, quam euerſa Tabula, pedem in Caput, & Caput in pedem commutare; in noſtra ergo Tabula Trig. logarithmica potiris etiam noua Tabula primi generis conueniente cum Tabula Neperi, quia in hac quoque retinetur Ciphra pro log. ſinus totius, diſconueniente tamen ab illa, quia in noſtra noua Tabula logarithmus vnitatis eſt 10,0000000. in Tabula vero Neperi logarithmus vnitatis eſt 161180896.38. diſcōueniente etiam, quia noſtra noua Tabula poſtulat ſinum totum 1,0000000000. Tabula vero Neperi conſtructa eſt ad ſinum totū 1,0000000. vnde vnitatis log-mus in noſtra noua Tabula eſſet 7,0000000. quapropter ſi velimus ex noſtra Tabulam Neperi deriuare, vt ſe hēt 7,0000000 ad 161180896.38. i. vt 10000000. ad 2302584234. ita fac differentiam cuiuſq. log-mi (nomen eſt generis) in noſtra Tab. veteri à logarithmo ſinus totius, ad quartum numerum, qui erit log-mus in Tabula Neperi conueniens

eidem

eidem Gradui abundans, si spectet ad sinum rectum, vel sinū versum infra G.90.& ad Tang. infra G.45. defectiuus, si spectet ad Tang. supra G.45. vel sinum versum supra G 90. vel ad Secātem, quæ etiam in Tabula Vrsini experiri poteris.

EXEMPLVM I.

CVpio ex nostra Tabula deriuare log mum Nepeianū G.32 quoniam in nostra Gradui 32. competit log us 97242047. huius Comp. Ar. quod reperitur in columna Tomol. 2. nēpè (dēpta unitate ultimo loco ad sinistrā) 02757903. duco per 2302584234. & fit abiectis ad dexteram nouē (qd est factum diuidere per 1000000000.) numerus 6350304. pro logarithmo Neperiano g 32. qui ab eo discrepat tantum unitate.

Vt 1000000000
ad 2302584234
Ita 02757903
ad 6350304

EXEMPLVM II.

CVpio ex Tomolog. nostro G 77 habere Tomolog G.77. Neperianum, demo ex Tomolog. G.77. ultimo loco ad sinistrā unitatem, & residuū 0647910. duco per 2302584234. & fit abiectis nouem ad dexteram notis, numer. 1491870. Tomologarithmus Neperianus G 77. defectiuus.

EXEMPLVM III.

VOlo ex log-mo G 25. Neperiano meum inuenire, hic ergo cōtrario modo, ut 2302584234. ad 1000000000 ita fac 862856 ad quartum prolungando hunc Ciphris nouem, & totum per primū diuidendo, fiet enim nu 374051 7. hunc aufero ex 10,0000000. remanet 9625948 3 log. G. 25. in mea Tabula.

EXEMPLVM IV.

EX Mes G 83. Neperiano, qui est defectiuus, cupio habe e Mes. eiusdem Gradus meæ Tabulæ, hunc ergo, qui est 2097323 1 prolūgatū nouē Ciphris, diuido p 2302584234. & fit quotiens numerus 9108561. cui addo log um sinus to-

tius

tius 10,0000000. & fit 10,9108561. pro Mesolog-mo mea Tabulæ, vti verum est: Istæ autem multiplicatones, vel diuisiones per hic appositam Tabellam facilè expediri poterunt.

Harum ergo Tabularum mutua cõnexio,& dependentia tanta est,quantam ex superioribus conijcere licet, potuissem igitur hanc nostram Tabulam ex Neperi, vel Vrsini Tabula deriuare,sed Briggianis Chiliadibus tantum tribui, vt ab eis mihi discedendũ esse non existimauerim; poteram quoque diuersos promere log. si vel vnitatis log-mum Ciphram, vel sinus totius log-mum vnitatem cum Ciphris retinere minimè curassem, sed cum sint præstantissimi,qui habent hos duos radicales log mos nempè Ciphram pro log-mo vnitatis,& vnitatem cum Ciphris pro log sinus totius,vt ipse quoque Neperus pronuntiauit , ideo hanc logarithmorum formam immutare nolui;& tãdem,quia log mori Tabulę quæcunque construantur ita sunt ad inuicem colligatæ vt ex vna quacunque cęteræ omnes deriuari facilè possint, differentię.n.logarithmorum,quas appellauimus Valores proportionum,in omnibus Tabulis Trig.log cis,vel sunt æquales , vel inter se directè proportionales,ideò nec fuit mihi , nec vlli erit in pręstantiori,quam hęc log morum specie inquirenda inaniter laborandum:quæ ad huius Tabulæ Trig.log-cę præstantiã amplius declarandam hic innuere placuit.

1	02302584234
2	04605168468
3	06907752702
4	09210336936
5	11512921170
6	13815505404
7	16118089638
8	18420673872
9	20723258106

De Tabella Distinctiua.

DEbebam quidem ad initium,& finem quadrantis, saltem in primo,& vltimo Gradu distinguere log-os, & Tomolog nempè log-mos in vltimo Gradu,Tomolog.in primo , per adhærentes fractiones interpunctione separatas,verum quia, ad euitandam confusionem,decreueram log mos tantum integros,& non illis adhærentes fractiones Tabulare , ideò Tabula sic impressa fuit,cum vero postea conspexerim melius esse,si dictę fractiones apponantur , propterea huic defectui in fine per Tabellam

Distin-

Distinctiuam succurrere volui, quæ licet præstet distinctionem in solis Tomolog & in duobus primis Gradibus, deseruit tamen distinctioni et log-morum in vltimis quadrātis duobus Gradibus, etenim Tomolog-orū differentiæ log-orum secundorum eorundem Graduum, ad quos spectant Tomolog-mi differentijs sunt æquales, & alter alterius est Comp. Arith. maius, vnde si haberes log-mum in ijs locis, cum adhærētibus fractionib. inuenāda parte proportionali asseruatis, eo dempto ex log-mo sinus totius, haberes Tomolog. (cum fractionibus adhærentibus subintelligo semper quæ sūt vel decimæ, vel cētesimę, vel millesimę &c.) cuius arcū quęreres in dicta Tabella, vnde eo dempto ex g. 90. residuū tui log. quæsitum arcum nactus esses; si autem denuo hæc Tabula imprimetur, fortè dictas fractiones suis logarithmis, & Tolog-mis adiungemus; sed his paratis ad Trigonometriam Planorum Triangolorum accedamus.



h DIRE



DIRECTORII GENERALIS VRANOMETRICI.

Pars Secunda.

De Planorum Triangulorum Axiomatibus, ac Regulis Logarithmicis ab eisdem emanantibus; qua quidem Doctrina nedum in secundis Mobilibus, sed in ijs omnibus, quæ rectarum linearum legibus subijciuntur, tota logarithmicè supputandi Ratio comprehenditur.

Caput I.

De his, quæ ad Triangulorum Planorum Analyticam Doctrinam generaliter sunt præintelligenda.




ICET in præcedenti prima Parte generalia quędam fuerint à nobis tradita, quę quidē ad vtrāq. Trigonometriæ partem spectare iam satis compertum esse potest, quædam tamen, præter iam dicta, ad vnamquamque harum partium in genere per-inentia opportunè puto, à nobis hic sunt prælibenda; erunt autē hæc præcipuè quędam Definitiones, & ex Geomeria Triangulorum Planorum acceptæ Proprietates, quarum demonstrationes, cum ex Elementis habeantur, ad prolixitatem euitandam consultò prætermittam, cæterorum verò, quæ infra dicentur in medium ratio adducetur, eorumque præcipuè, quæ nobis vel noua, vel peregrina, vel ī hac facultate primaria videbūtur, demonstrationes

non reticebimus, sic n. & doctis, & indoctis satisfactum esse existimabo, illi enim præter Praxes, quas vnas artifices anhelare solent, viuæ rationis dulcedinem degustare poterunt, isti autem etsi passim tales offendent scopolos, eosdem tamen euitātes, & ipsi fęliciori cursu super his minimè nauseantes ad portum deducentur; licet autem in antecedentibus, Cap. 2. quædam nomina fuerint a nobis explicata, quæ continuò in vtraque Trigonometria cogimur adhibere, vt tamen hæc melius apprehendantur, hic denuo congruenti ordine in gratiam memoriæ antequam de cæteris sermo habeatur eadem libuit exarare, repetito igitur schemate, primo Cap 2. p. p. per ipsum definitiones ipsas apperiemus.

DEFINITIONES.

1 Circulus est figura plana vna linea contenta, quæ circunferentia appellatur: ad quam ab vno puncto intra figuram existēte (quod dicitur eiusdem centrum) omnes rectę linęę pertinentes sunt æquales; linea autem recta quæcunque per centrum transiens eiusdē pariter dicitur Diameter. Eucl. lib. 1. Def. 15. 16. 17.



2 Arcus circuli est pars circūferentiæ eiusdem, vt, a b c, cuius dicitur complementum differentia ad quadrantem.

3 Chorda alicuius arcus dicitur recta illius extrema iungens, vt, a c, & f d, diameter dicitur etiam chorda maxima.

4 Sinus rectus dati arcus est dimidiū chordæ dupli eiusdē arcus, vel est perpendicularis, cadens ab alterutro extremorum dati arcus ad diametrum ductam à reliquo extremo puncto, vt, c g, est sinus rectus arcus, b c, item c h, arcus, c d, qui est complementum, b c, & ideò solet etiam dici ipse, c h, sinus arct. compl. arcus, c d, viciſſim, quem tamen dicemus, nos sinum secundū, veluti


veluti sinum primum, cum spectat ad arcum cuius sinus rectus esse dicitur: cum verò sinus non habebit nomen, recti, intelligetur nihilominus semper esse sinum rectum, nisi alium titulū gerat; horum verò sinuum rectorum dicitur Sinus Totus semidiameter, siue radius Circuli; intelligitur autem eundem sinū rectum, nedum arcus propositi, sed etiam reliqui ad semicirculum esse sinum rectum.

5 Sinus Versus dati arcus est portio radii ītercepta inter arcū, & eiusdem sinum rectum, Vt, b g. erit Sinus Versus arcus, b c, & item, h d, Sinus Versus arcus, c d, nec non, f h, Sinus Versus f b c, quorum maximus est ipse radius circuli.

6 Tangens alicuius arcus dicitur recta, quæ illius extremitatem contingit, inter contactum, & concursum cum radio per alterum extremum extra circulum producto, comprehensa; ad quod capiendum assumatur iterum schema positū Cap 2. p. 1. ergo est ex. g. b f, tangēs arcus, b d, itē b i, tangens arcus, b l, & c e, ipsius, c d, nec non, c l, ipsa, e n, quæ in infinitum extenduntur vsque ad finem quadrantis.

7 Secās alicus arcus est recta subtendens angulum rectū, inter tangentē eiusdē arcus, & radiū, q. dicitur ad cōtactum comprehēsus, vt, a f, est secās arcus, b d, a i, ipsius, b l, a e, ipsius, c d, & a n, ipsius, c l.

8 Proportio est duarum magnitudinum eiusdē generis, quatenus ad quantitatem



tem attinet, mutua quædam habitudo. Eucl. lib. 5. Def. 3.
9 Quantitas, siue Valor ipsius proportionis exprimitur, siue est Differentia inter log-os eiusdem proportionis terminis cō gruentes. Vt valor proportionis inter 7. & 15. est. 03309933. qui quidem valor cum terminorum alter est Vnitas conincidit cum reliqui termini log-mo. Vt valor pro-portionis inter 3. & 1. est. 04771213. qui est etiam logar-mus numeri 3.
10 Log-mus in genere dati, Sinus Tangentis, vel Secantis, aut cuiuscumque numeri est valor proportionis eiusdem ad vnitatem; siue est numerus proportionum atomarum, quæ inter ipsum, & vnitatem interijciuntur; vel earum index; qui ad eorum etiam arcus spectare supponuntur.
11 Log-mi qui spectant ad sinus rectos dicuntur log-mi, & fit nomē speciei; qui ad sinus Versos Versilog-mi, qui ad Tangentes Mesolog-mi, qui vero ad Secantes, Tomolog-mi.
12 Complementum Arithmeticum dictorum log-orum est residuum eorundem ad logar-mum sinus Totius, (& dicitur minus, vel subintelligitur esse tale, etiamsi non addatur particula, minus) vel ad eius duplum, & dicitur Compl Arith. maius; cum tamen dicimus Comp. Arit arcus, vel anguli absolutè, semper esse log vt est nomen speciei intelligemus.
13 Prædicti omnes, siue Sin. Tang. & Sec. siue log-mi, dicuntur primi, respectu eorum arcuum, ad quos pertinent; & tales esse intelliguntur etiamsi non gerant titulum primi, nisi habeant titulum secundi; & dicuntur secundi, respectu arcuum Complementi ad quadrantem, scribētur autem, vt supra ad finem p. p. explicauimus. Sunt autem log-mi Tomologarithmorum secundorum, & Tomol-mi logar. secundorum, & Mesolog. Mesologarithmorum secundorum ad eos arcus, vel angulos spectantium semper Comp. Arith maius ex dictis Prima parte Cap. 7
14 Quæcunque de arcubus dicta sunt (mutato nomine arcus in nomen anguli) capiantur veluti etiam de angulis eisdem arcubus insistentibus, & ad circuli centrum constitutis dicta essent; quantus enim est arcus tantus est talis angulus, & quantus talis angulus, tantus etiam est arcus. Vnde sinus, m d, vel tāgens, b f, vel secans a f, vel sin. versus, b m, vel horum log-mi nedum

nedum spectabũt ad arcum b d, sed etiam ad angulum, m a d, in Triangulo, m a d, & sic in cæteris.

15 Cognita, siue data vocabitur quantitas, quam mensura famosa, aut pro libito sumpta, secundum numerum metitur notum. Regiom. de Tri. Def. 1. Sic ergo dicitur datus arcus, vel angulus, cum scimus quot partes contineat earum, quarum tota circuli circunferentia, vel quatuor anguli recti 360. esse supponũtur. Data chorda, sinus rectus aut versus, tangens, vel secans, cum scimus quot sint earum partium, quarum radius supponitur esse 10000000. vel pauciorum, aut plurium Ciphrarũ, prout nobis libuerit; Datum latus, cum certo numero alicuius vsitatæ mensuræ notæ exprimetur.

16 Proportionem datam appellabimus, quando, aut denominatio sua data est, aut ipsa, vel sibi æqualis proportio terminos habet notos. Reglom. de Tri Def. 4.

17 In omni Triangulo quodlibet latus pro basi statui potest, & tunc reliqua sunt eiusdem latera (licet in æquicruri, latera dici soleant, quæ sunt æqualia, & basis, quæ ipsa sustentat) latera autem etiam, crura poterimus appellare.

18 In omni Triangulo, casus perpendicularis vocatur portio basis perpendiculari, & alterutro laterum intercepta, Regiom. de Tri. Def. 22.

Hæc sunt nomina, quibus imposterum nobis vti continget, licet autem horum nonnulla in prima parte pertractentur, & ideò sint ibi præscienda, fuerunt attamen ibi declarata, hic autẽ tantum in gratiam memoriæ eorum Catalogum fecimus, quod si in operis processu alijs nominibus, præter suprapofita, vti contigerit, à nobis tunc explicabuntur.

Insigniores Planorum Triangulorum Proprietates.

1 IN omni Triangulo Plano maius latus maiorem angulum subtendit; minus minus, & æquale æquale; & è conuersò maior angulus maius latus, minor minus, & æqualis latus æquale subtendit. Propositiones 18. 5. 19. & 6. Primi Elementorum.

2 In omni Triangulo Plano quouis latere producto externus angu-

angulus maior est quouis duorum interiorum oppositorum,& illis simul sumptis adæquatur,& duo quilibet interiores sunt minores duobus rectis;tres verò simul sumpti semper æquantur duobus rectis. 16. 17.32.P.Elem.

3 Cuiuscunque Trianguli Plani duo quæuis latera simul sũpta reliquo sunt maiora ; nec non maiora duobus lateribus trianguli super eadem basi,sed non extra eundem constituti ; nec illi congruentis,tunc enim latera lateribus adæquarentur. 20.21.P.Elem.

4 In omni Triangulo Plano,ducta vni laterum parallela , secat proportionaliter reliqua latera; & si secat proportionaliter quędam recta duo Trianguli latera,illa erit tertio lateri parallela 2.Sexti Elem.

5 In omni Triangulo Plano,secans quemuis angulorum bifariam, producta secabit oppositam basim in proportione laterum, & quæ secat basim in proportione laterum ; secat etiam bifariam basi oppositum angulum.3.Sexti Elem.

6 In omni Triangulo Plano,si habeat angulum rectum,nedum quadratum lateris illi oppositi æquatur quadratis reliquorũ laterum simul sumptis;sed etiam quælibet recti linea figura super eum descripta,æquatur rectilineis figuris prædictæ similibus,super lateribus reliquis,tanquam homologis prædicto lateri,descriptis: Quod si habeat angulum obtusum ; quadratum lateris illi oppositi superat quadrata reliquorum laterũ, quantitate duorum Rectangulorum,quorum vnumquodque continetur sub vno laterum circa obtusum angulum, in quod scilicet protractum cadit perpendicularis,& sub linea inter perpẽdicularem,& angulum obtusum intercepta . Quod si tandẽ angulus fuerit acutus;quadratum lateris eidem oppositi superatur à quadratis reliquorum laterum quantitate duorum Rectangulorum,quorum vnumquodque continetur sub vno laterum circa acutum angulum , & sub eius portione intercepta inter angulum acutum , & perpendicularem super ipsum cadentem ab extremo reliqui lateris,è conuerso autem dignoscitur an propositus angulus sit rectus,obtusus,vel acutus ; si enim quadratum lateris oppositi angulo expositò sit ęquale

quadra-

quadratis reliquorum laterum, angulus est rectus, si eadem superat, est obtusus, si ab ijsdem superatur, est acutus. 47.48. P. & 12 13. Secundi Elem.

7 In omni Triangulo Plano rectum angulum habente, si ab angulo recto cadat perpendicularis in oppositum latus, diuidet Triangulum in Triangula & toti, & inter se similia; cadens autem perpendicularis erit media proportionalis inter partes diuisæ basis; vnumquodque verò eiusdem laterum erit medium proportionale inter totam basim, & partem eidem conterminantem. 8. Sexti Elem cum Cor.

8 Binorum Triangulorum, quorum duo latera duobus lateribus sint ęqualia vnum vni, & alterum alteri, si fuerint anguli dictis lateribus compręhensi ęquales, & bases erunt æquales, & plana, & anguli inter se, qui æqualibus lateribus subtenduntur; si verò angulus fuerit angulo maior, & basis basi maior erit, & si minor minor. E conuerso autem si basis sit æqualis basi angulus illi oppositus suo cōsorti erit æqualis, & si maior, erit maior, & si minor minor quod si fuerit tantum vnum latus vni lateri æquale, & anguli duo, vel quibus adiacent singillatim inter se æquales, vel quorum vni opponuntur, reliqua colligentur æqualia. 4.8.24.25.26. P. Elem.

9 Bina Triangula in eadem, vel æqualibus basibus, & in eisdem parallelis sunt æqualia; & è conuersò Triangula æqualia in eadem, vel æqualibus basibus ad easdem partes constituta, inter se sunt æqualia; Et vniuersaliter Triangula, quæ sunt in eadem altitudine inter se sunt, vt bases, & in eadem basi, vt altitudines. 37.38.39.40. Primi, & 1. Sexti Elem.

10 Bina Triangula ęquiangula habent circa æquales angulos latera proportionalia; Et habentia è conuerso circa angulos latera proportionalia, sunt ęquiangula. Item sunt ęquiangula, quorum vnus angulus vni angulo alterius est æqualis, & circa eosdem habent latera proportionalia, sunt autem ęquales anguli qui homologis lateribus subtenduntur. Item erunt ęquiangula, si habuerint vnum angulum vni æqualē, & circa alios latera proportionalia, & reliquorum vterque simul fuerit vel minor, vel non minor recto; & erunt æquales an-

guli, circa quos fuerint latera proportionalia. 4.5.6.7. Elem.
11 Bina Triangula æqualia, & habentia vnum angulũ vni ęqualem, circa eosdem angulos habent latera reciproca; Et è conuersò, si habuerint circa duos ęquales angulos latera reciproca, illa erunt ad inuicem ęqualia. 15. Sexti Elem.
12 Bina similia Elem. Triangula sunt inter se in dupla ratione laterum homologorum. 19. Sexti.

REGVLAE QVÆDAM GENERALES.

1 VT se habet chorda ad suum arcum, ita sinus rectus ad dimidium illius arcus, ad quem refertur. quod facilè patet, nam diameter ex.g. e b, in prima figura arcum bifariam, a b c, secans, diuidit etiam chordam bifariam.
2 Idem sinus rectus, vt, c h, competit proposito arcui, & residuo ad semicirçulum, sc. ipsi, dc, & c b f, hoc diem intellige de sinuum rectorum log-mis. Vnicuique autem eorum arcuum congruit suus sinus Versus, vt, h d, ipsi, d c, &, h f ipsi, f b c; Tangentes, verò, & Secantes, sunt tantum arcuum quadrante minorum, quę etiam de Versilog is, Mes. & Tom. sunt intelligenda.
3 Æquali arcui competit ęqualis sinus, siue rectus, aut versus; ęqualis Tangens, & secans; maior maiori, & minor minori, quod, etiã de log-mis, Ver. Mes., & Tom. verificatur; contrariò autem modo res se habet in Canone Trigonometrico log orum primi generis, dum enim arcus, vel sinus augentur logarithmi decrescunt.
4 Si diameter diuidat chordam, & eius arcum quomodocũq; sinus recti partium diuisi arcus se habent, vt partes diuisæ chordæ. Ex Primo Almag. Cap. 12.
5 Perpendicularis cadens ab extremo lateris super basim propositi Trianguli, si latus cum basi, contineat angulum obtusum, cadit extra, & si acutum intra Triangulum. Reg. lib. 1. prop. 31.
6 Trium quarumlibet magnitudinum, quarum quartam proportionalem quæramus semper simul adiungemus Comple-

mentum

mentum Arithmeticum primæ (siue minus, siue maius, prout Canon iusserit) cum log-mis secundæ, & tertiæ, & fiet log-us quartæ (dempta tamen vltimo loco ad sinistram vna, vel duabus vnitatibus, prout Compl. Ar. erit minus, vel maius) similiter duarum tertiam quærentes, Comp. Ar. primæ cum duplo log mi secundæ componet log um tertiæ, (dempta &c.) vt innuimus etiam in prima parte.

7 Cum Triangulum quodlibet Planum constet ex tribus lateribus, & tribus angulis; Datis tribus quibuslibet istorum promiscuè, cætera nota fient præterquam Datis tribus angulis, tunc enim solum proportio laterum nota fiet.

8 Vt se habet radius propositi circuli ad sinum dati in eo arcus, ita cuiuscumque circuli radius se habet ad sinum arcus prædicto similis, qui ideo eorundem graduum numero numeratur, hoc idem de Sin. Versis, Tang. ac Sec. verificatur, ratio est, quia semper ea sunt latera similium triangulorum; & propterea Sinuum Tang. & Sec. Tabula omnibus circulis, & consequenter omnibus triangulis adaptatur, est enim omnium proportionum, quę inter quorumuis Triangulorum latera inueniuntur veluti quoddam promptuarium.

Caput II.

De Triangulorum Rectangulorum calculo, de Axiomate primo Triangulorum Planorum, ex quo pro diuersis Casibus, 7. ad rectangula soluenda, log. cæ Regulæ fluunt.

DOctrina de Planis Triangulis ab omnibus bipartiri solet, nempe in eam, quæ spectat ad Triangula rectangula, & in eam, quę ad obliquangula, licet autem ad vtraq; soluenda Regulæ generales tradi possent, tales autem sint, quæ de obliquangulis habentur; quidquid enim in eorundem Axiomatibus traditur, etiam rectangulis conuenire manifestũ erit, attamen quia faciliores habentur Regulæ pro rectangulis, horum ab illorum Regulæ disseparantur; sunt autem quatuor ad summum Axiomata pro Triangulis planis, ex quibus, tamquam

ex vberrimis fontibus pro varietate casuum diuersæ Regulæ log-cæ deriuantur, quæ quidem pro consuetis calculis in Astronomia abunde satisfacient; verum ad abundantiorem doctrinam alia quoq; non iniucunda, & aliquando necessaria vel in Astronomia vel in alijs ipsius Mathesis partibus, cũ suis demonstrationibus, vbi expedire cognouerimus, adiungemus, quas qui nequeunt intelligere, Regulis contenti, inoffenso pede transigere poterunt. Primum ergo Axioma Triã-gulorum Planorum ipsis rectangulis deseruit, reliqua autem tria ipsis obliquangulis, ex quo primo Axiomatæ 7. Regulæ log-cę fluunt, iuxta 7. casus, qui ad summum in Triangulis Rectangulis nobis contingere possunt, est autem tale.

AXIOMA PRIMVM PLANORVM TRIANGVLIS RECTANGVLIS INSERVIENS.

IN Triangulis planis rectangulis vnumquodque latus pro Radio, siue Sinu Toto, poni potest; quorum, quod opponitur angulo recto vocabimus hypotenusam, reliqua autem crura; Si posueris pro Radio hypotenusam, crura euadent sinus oppositorum ipsis angulorum; Si posueris pro Radio alterum crurum, reliquum crus fit Tangens, & hypotenusa Secans anguli assumpto Radio adiacentis.

Ratio Axiomatis.

HOC euidenter in prima figura conspici potest, in qua assumpto vtcunque Tr. e g c, centro, e, ad distantiam, e c, descripto circulo, b f d, c g, fit sinus arcus, c b, hoc est anguli, c e g, &, g e, idest, c h, fit sinus arcus, c d, hoc est anguli, c e h, ex quo patet prima pars Axiomatis; Secunda autem ex secunda figura manifestari potest, in qua assumpto vtcumque Tr. a e c, posito pro Radio crure, a c, idest centro, a, ad interuallum, a c, descripta circunferentia, c d b, fit reliquum crus, c e, Tangens, & hypotenusa, e a, secans anguli Radio, c a, adiacentis, & sic in omnibus se res habet.


Proble-

Problemata, & Regula 7. log-ca ex quo fato Axiomate derivata.

Si quaeramus.	Regula log-ca talis erit.
1 Ex data Hypot & ang. adiacẽte, crus oppositum	Log-s Hypot cum l. anguli, dabit l. cruris oppositi
2 Ex dato crure, & angulo adiacente, Hypotenusam	l. Cruris, cum To. anguli, dabit l. Hypotenusę
3 Ex dato crure, & angulo adiacente, crus reliquum	l. cruris, cum Me. anguli, dabit l. reliqui cruris
4 Ex dato crure, & angulo opposito, Hypotenusam	l. cruris, cum Co. Ar. log. anguli, dabit l. Hypotenusę
5 Ex dato crure, & angulo opposito, crus reliquum	l. cruris, cum Co. Ar. Me. anguli, dabit l. reliqui cruris
6 Ex dato crure, & Hypotenusa, ang. cruri oppositum	l. cruris, cum Co. Ar. Hypot. dabit l. anguli
7 Ex datis cruribus, angulum alteri eorum oppositum	l. cruris angulo oppositi, cũ Co. Ar. reliqui, dabit Me. ang.

Aduerte autem in primis tribus Regulis, quod vltimo loco ad sinistram à binorum summa, vnitas abijcienda erit, in reliquis verò nequaquam, nisi in 5. cũ dati anguli sumetur Co. Ar. maius, quod continget cum excesserit g. 45. casus autem te admonebit: cum vlt. loco ad sinistram Vnitas excreuerit, scis n. lo os non habere Characteristicam maiorem 9.

Ratio prima Regulae ex primo Axiomate.



QVoniam, si hypotenusa ponatur pro Radio, crura fiũt sinus oppositorum ipsis angulorum, ideò, vt Radius, siue sinus totus, ad sinum anguli quæsito cruri oppositi, ita numerus hypotenusę ad numerum quæsiti cruris. Vt, si exponatur Triangulum, a d c, rectangulum ad, d,

erit,vt, a c, sinus Totus, ad, d a, sinum anguli, c,ita quicumq; numerus ascriptus ipsi, a c, ad numerum iuxta eandem rationem ascribendum ipsi, a d; habemus ergo quatuor magnitudines proportionales, nempe Sinum Totum, sinum anguli, c, hypotenusam, a c, crus, a d, per viam ergo logarithmorum per Reg. 6. Generalem debemus Co.Ar. primæ iungere cũ log-is cæterarum, & fiet log-us quartæ, nempe cruris, a d, (si à dicta summa vnitas abijciatur vlt. loco ad sinistram) est autem Co. Ar. primę, idest Co Ar. log-mi Sin. Totius Ciphra, & proptereą rectè dicitur in prima Regula,quod log-us hypotenusę, cum log-mo anguli eidem adiacentis componunt (dempta dicta vnitate) log-um cruris oppositi.

Ratio Secunda.

QVia ex primo Axiomate,si alterum crurum pro radio ponatur, hypotenusa fit secans anguli radio adiacentis, ideò, vt S. T. ad Secantem anguli dato cruri adiacentis, ex.g. in eodem Tr. a d c, vt d c, positus Sinus Totus ad, c a, Secantem anguli,a,ita numerus quicumq;ascriptus ipsi,d c, ad numerum congruentẽ ipsi,c a, ideo Co.Ar. log-mi Sinus Totius, quod est Ciphra,cum Tomo.anguli,c,& log-o dati cruris,d c, idest, log-us tantum,d c, cũ Tomo. anguli,c, (nihil enim refert,siue hunc,siue illum anteposueris) conflat (dempta dicta vnitate) log-um hypotenusę,vt Regula 2.docet.

Ratio Tertia.

QVia, si alterum crurum ponatur pro radio, reliquum crus est Tangens anguli radio adiacentis, ideo in eodem Tr. a d c, posito,d c,radio, vt, d c, S T. ad, d a, Tang. anguli, c, ita crus,d c,ad crus,d a,& ideò rectè dicit 3 Regula quod l. cruris, vt,d c,cum me. anguli radio adiacentis, vt,c, componit l. reliqui cruris (dempta vnitate &c.)

Ratio Quarta.

IN Triangulo eodem,qm̃,vt,d a,sinus anguli,c,ad,ac,S.Totũ, ita crus,a d, ad hypotenusam, a c, ꝑpea Com.Ar.primi,hoc est anguli,c,cum log-o secundi nempè S. Totius,& tertij,nẽpè cum log-o cruris,a d,dat summam,à qua si dematur sæpè dicta vnitas,restat log. hypotenusę,a c,sed talis vnitas dempta erit, si prę-

si prætermittamus log m S. Totius, qui superponit summę vni- tatem eo loco, à quo demenda esset, Regula igitur sic redacta erit, vt l. cruris, d a, cum Co. Ar. anguli, c, det log. um hypote- nusę, a c, vt docet ipsa Regula, vtimur autem hoc compendio etiam in sequentibus.

Ratio Quinta.

IN eodem Tr. quia, vt, a d, Tangens anguli, c, ad, d c, S. Totum ita crus, a d, ad crus, d c, ideò Co. Ar. Mesolog. anguli, c, cum log. S. Totius, & log. o cruris, a d, idest cum solo log-o cruris, a d, conflat log-um reliqui cruris, d c, vt patet ex Regula 5.

Ratio Sextæ.

IN eodem Tr. vt hypot. a c, ad crus, a d, ita S. Totus, a c, ad ean- dē n, a d, vt est Sinus anguli oppositi, c: & ideo l. cruris, a d, cũ Co. Ar. hypotenusæ, a c, dat log-um anguli, c, dato cruri oppositi.


Ratio Septimæ.

IN eodem Tr. quoniam, vt, c d, crus ad, d a, crus reliquum, ita S. Totus, c d, ad, d a, Tangentem anguli oppositi, c, ideò Co. Ar. d c, cum log-o, d a, facit Mes. anguli, c, vt inquit Regula.

Aduerte autem, quod, licet data sint duo tantum, tacitè tamen sem per subintelligitur angulus rectus vnum datorum, cum sit sẽ- per g 90. & propterea de eo non fit mentio. Si autem contin- geret tuam positionem non esse ex illis 7 præmissis, vt, si quis proponeret, ex data hypotenusa, & angulo adiacente, quęrere angulo adiacens latus, tunc assumpto reliquo angulo, qui etiã (cum sit residuum ad g 90.) datus erit, positionem reduces ad primum casum quod si alterutro acutorũ te adiuuare non pos- sis, vna saltem operatione simplici, vt si quis diceret, dato crure, & hypotenusa, illico inuenire reliquum crus, vel, datis cruribus illicò inuenire hypotenusam, idest vnica operatione, scito hoc ex sequentibus petendum esse; si quis verò propone- ret ex duobus angulis reliqua venari, scito hoc esse imposibile, non enim ex eis possumus dignoscere nisi laterum proportio- nes, non autem, quam rationem habeant ad nostram cõmunẽ ad libitum magnitudinum statutam mensuram, sed ad prædi- tarum Regularum exempla nunc accedamus.

Exem-

Exemplum primæ Regulæ ex Gæodesia.



DEtur Tr-us, a d c, intelligatur autem in, d, aliquam domum locatam esse, & obseruatorem in, a, dirigentem radiũ a d, p superficiem vnius parietum eiusdem extensum, nequeat verò obseruator accedere ad ipsam domũ; velit attamen scire distantiam inter, a, &, d, & ab, a, ad aliam partem, vt ad, c, libere progredi possit statuto ergo signo in, a, progrediatur recta versus, c, spatium continuò dimetiẽdo, donec ad situm peruenerit, vt in, c. à quo per alterum parietam prædicto perpendicularem radium, c d, dirigere possit (domum enim rectangulam esse suppono) obseruet insuper angulum, a c d, quem reperiat esse g. 30. esto autem quod inuenerit, a c, ped. 60. tũc ergo iungendo l. pedum 60. cũ log. anguli 30. fiet l ped. 30. pro crure opposito, a d. quæsito, iuxta primam Regulam.

a c, p. 60 l.	177815
ang. a c d. g 30 l	969897
dãt l. cruris, a d, p 30.	147712

Exemplum secundæ ex Altimetria.

SIT altitudo alicuius turris, a d, ad quam accedere liceat per lineam orizontalem, c d, quam inueniamus esse ped. 57 & angulũ illius cum radio per cacumẽ turris transeunte g. 17 per secũdã

d c, p. 57 l.	175587
ang. a c d, g. 17. To.	10,01940
dãt l Hyp. c a, p. 59. 60. pro.	177527

ergo Regulam l. d c, cruris, cum To. anguli adiacentis, c, dabis

bit hypotenusam, c a, distantiam puncti, c, à cacumine turris, nempè ped. 59.60. proximè, erunt autem quæ interpunctione separantur ad dexteram semper fractiones decimæ, vel centesimæ, vel millesimæ, prout partium numerator indicabit, vt patet in exemplo.

Exemplum tertiæ ex eadem.

STantibus ijsdem proximi antecedentis exempli quæratur altitudo turris, a d, ex tertia Regula igitur l. cruris, d c, cum Me. anguli, c, dabit, l. a d, ped. 17.43. proximè, sumes enim numerum in Tabula Arithmetica respondẽtẽ propinquiori log mo tuo, ad quod valde iuuat mutare charac cam in 3. sic enim licet inuenias p. 1743 scis tamen ex tua Charac ca, quæ est 1. postremas duas notas esse centesimas, & ideò interpunctione separandas, quod si vltra centesimas sollicitus fueris calculũ rectificare, poterit cum Diff. maiori, & min. vt in prima parte C. 8. docuimus reliquas fractiones inuenire.

3

d c, p. 57. l.	175587
ang. c G 17. Me.	948534
dant l a d. p. 17 43	124121

Exemplum quartæ ex eadem.

ASsumatur denuò Exemplum secundæ. Sit autem datum crus, c d, & angulus ad, a, ex quibus quæratur hypotenusa, c a, iuxta regulam igitur l cruris, c d, iungo cum Co. Ar. anguli ad, a, & fit l. Hypot vt uides in exẽplo, 177527. idem, qui supra, dans proximè p. 59 60 pro ipsa hypot. vt ibi pariter inuentum est: Sciendum autem, quod si ad inue-

4

d c, p. 57. l.	75587
ang. a. G. 73. C. A	001940
dãt. l. hyp. p. 59 60.	1775 27

mendum Compl. Ar. anguli, a, vtereris compendio commutandi Co. Ar. log-mi anguli in Tom. 2. eiusdem anguli, tunc hæc 4. Regula cöincideret ad unguem cum secunda, vt facilè cerni potest.

Exemplum quintæ ex eadem.

IN exemplo tertiæ Regulæ detur adhuc idem crus, c d, & vice anguli, c, detur angulus oppositus, a, cum quo libeat inuenire crus reliquum, a d, altitudinem turris, igitur ex regula l. d c, cum Co. Ar. Me. anguli, a, dabit l. reliqui cruris 124121. exhibens in Tab. Arith. pro reliquo crure, siue altitudine turris, a d, p. 17. 43. vt supra in tertia Regula.

d c, p. 57 l.	175587
ang. a. G. 73. C. A.	948534
dant l. a d, p. 17. 43.	124121

Exemplum sextæ ex Ptolomęo.

IMaginemur, a c d, illud esse Tr-um, ex quo ipse Ptol in Almag. Cap. 4. lib. Tertij locum Apogæi Solaris venatus est, & sit, c a, eccentricitas inuenta g. 2. 29. 30. &, a d, g. 1. 2. qualium semidiameter Eccētrici supponitur 60. est ergo, a c, ad, a b, vt 897 ad 372. Vt ergo ex datis hyp. a c, & crure, a d, habeamus angulum, c, quo Apogæum præcedit initium Cancri, iuxta Regulam, l. cruris, a d, iungemus Co. Ar. hypot. a c, & fiet l. anguli, a, 961775. dans G. 24. 30. quo angulo Apogæum præcedit initium Cancri, vnde Apogæum erit iuxta ipsius obseruata in g. 5. 30. Geminorum prout etiam ipse Ptol. ibidem adinuenit.

a d, 372. l.	257054
a c, 897. C. Ar.	704721
dāt. l. an. c. g. 24. 30	961775

Aliud

Aliud Exemplum eiusdem sextæ ex doctrina Prostaphæreseon motum Planetarum.

SVpponamus, a, Solem, d, Terram, c, Martem esse in loco ad Eclipticam, reducto, in quo contingit maxima æquatio motus medij eiusdem, & apparentis, erit ergo angulus, a d c, rectus, ex demonstratis à Ptol lib. 3. Cap. 3. Sit autem Exẽplum petitum ex Rodulphinis, quibus, in genesi Rodulphi, datur, a c, interuallum Martis à Sole curtatum 147167. & Solis à Terra, a d, 101546. igitur iuxta Regulam. l a d, cum Co. Ar. hyp. a c, dat l. anguli, c, G. 43. 37. 50. æquationem maximam, vt patet in forma calculi, in qua etiam partis proportionalis venãdæ, & pro habendis vers. log mis, & pro capiendo vero angulo formam ad faciliorem captum

	log-mi	Diff.
a d, Interuallũ So. à T 101546. l.	500647	43
33.	483209	29
a c, Inter. Martis à So. 147167. Co. Ar.	18	
Fragmenta partis prop. ex Tab. Cent.	1	4
	6	4
	3	6
		0
Dant l. ang. c, G. 43. 37. 50.	983885	
a, e, - u,	prox.	dat,
	mi. 74.	a e,
	Diff. mi. 11	dãt,
	ma. 13	u,

expreßimus, talis autem æquatio, licet aliquantulum differens, colligitur etiam ex Tabula log-orum Kepleri in eisdem Rodulphinis, ex quo exemplo patet quomodo datis interual-

lis cuiuscumque Planetæ, & Terræ à Sole, Orbis æquatio maxima haberi possit; superposuimus autem numero 67. residuum ad 100. idest 33. nam, vt habeatur Co. Ar. sic iuuat operari, iuxta præscripta Prax. 2. Cap. 8. p. p per quam iubemur Differentiæ 29. sumere partem proportionalem non cum 67. sed cum 63. vt tota operatio vnica additione absolui possit, ad quod in omnibus operantē deducere conamur.

Exemplum septimæ ex Gnomonica.

IN eodē Tr. a d c, sit, a d, gnomon 37. d c, umbra 70 in meridie diei, in quo contingit æquinoct. & fiat pariter in ipso meridie, quæritur ang. us. a c d, altitudo æquatoris, sic ergo disposito calculo iuxta Reg. 7 collígo ang. c, altitudinem æquatoris G. 27. 51. 34. ex quo in illa regione altitudinē Poli arguo esse G. 62. 8. 26. ex hoc

	8
a d, Gnomon. 37. l.	156820
d c, Vmbra 70. Co Ar.	815490
dant Me. ang. c. G. 27. 51 34.	972310

ergo discimus ex vmbra nota in partibus Gnomonis colligere altitudinem Poli, dum sumitur in meridie, in qua contingit æquinoctium, idem habebitur prox. etiamsi æquinoctium non contingat in meridie; sed ante, vel post in ipsa die, dummodo habeatur huius ratio, quod singulis horis, mutat Sol in die æquinoctij declinationem per vnum minutum, ex quo si 4. horis ante meridiem factum fuisset æquinoctium, ab altitudine æquatoris essent detrahenda 4. minuta, in æquinoctio vernali, & addenda in auctūnali, & oppositum, si factum fuisset post meridiem ex. g. 4. horis, vt nobis prodiret uera & æquatoris. & poli altitudo; nedum autem hoc discitur ex præsenti Exemplo, sed etiam data vmbræ cuiuscumque longitudine altitūdinem solis dimetiri, & infini-

finita propemodum alia tum ex hoc, tum ex superioribus exẽplis addiscere possumus iuxta prædictas 7. Regulas semper operando, vide ergo quantam nobis præbeat hæc Trigonometrica doctrina supllectilem, quantus sit diuitiarum eiusdẽ thesaurus, quod ex sequentibus semper magis, ac magis elucescet; libet autem alio Exemplo hanc 7. Regulam illustrare.

Aliud Exemplum ex Rodulohinis 6. & 7. Regulæ concernens.

IN eodem Triaogulo, a d, Sol, a, Terra, c Iupiter, a d, distantia Terræ à Sole 98441. d c. interuallũ Iouis à Sole 520000, quorum log mi, à Keplero dictis interuallis subscripti, sunt, ipsius quidem Terræ à Sole distantiæ l. 1570. cum titulo positiui, interualli autem Iouis à Sole l. 164866. cum titulo priuatiui, & ideò cum sint contrariæ affectionis ex eiusdem Præcepto 94. sunt simul addendi, Ut habeatur Proportio interuallum, quæ erit 166436. hunc numerum si quæramus inter log os dabit quidem æquationem maximam G. 10. 54. 45. ex eiusdem Tabula, verum si hunc quæsiuerimus in columna Mes. vt in Tabula Vrsini, dabit G. 10. 43. 12. quem si detraxerimus ex G. 45. remanebit angulus 34. 16. 48. quem in exemplificanda Tr orum doctrina circa æquationes orbis, angulum mysticum nominabimus; ad hoc ergo distantijs Terræ à Sole subscriberem suos log-os, interuallis verò Planetarum à Sole subijcerem Co. Ar. sic enim facilè iuxta 6. Regulam haberetur æquatio maxima, & iuxta 7. Reg. angulus postremò inuentus, addendo semper scilicet l. distantiæ Terræ à Sole Comp-to Arithemetico in interualli Planetæ à Sole, & si quidẽ facta summa quæreretur inter log os daret æquationem maximam, si inter Mes. vt iubet 7. Reg. daret postremum angulum, vt patet in forma calculi.

ijdem

ad, Inter. Terræ à Sole. 9844.1.l.	499318
dc Inter. Iouis à Sole 5200.00.C.A.	428400
Summa, vel dat, c, æquat. max G. 10.54.45.	927718
Vt Mes dat, c, alterum angulū. G. 10.43.12.	

ijdem enim anguli, qui superiori modo per 6. & 7. Regulam nostram habentur, immò nonnihil facilius, cum semper nobis sit addendum, nec Regulis Cossicis in hoc, veluti in eorū modo, deturbemur, rectè autem apprehendatur hoc exemplū, etenim ad orbis æquationes habendas, ad quod Maginus Tabulam numeri mystici composuit, maximi ab eodem æsti matam, sine alijs Tabulis, sed harum tantum duarum ope, multum adiuuabit, quod in motibus Planetarum medijs, ac veris inueniendis est potissimum.

Si quis autem prædicta Exempla, an rectè se habeant probare velit, poterit per auersas Regulas operari, vt ex.g. si velim probare Exemplum Reg. 3 vbi ex dato crure, dc, & angulo, c, adiacente inueni crus, ad, euerso modo ex dato crure, a d, & a c, quęram angulū, c, iuxta Reg. 7. vel ex dato crure, a d, & angulo opposito, c, quæram reliquum crus, d c, iuxta Reg. 5. quod etiam ad futuras Regulas probandas Regula generalis erit, mitto huius exemplum dare, cum sit res per se manifesta; Circa has autem 7. Regulas nihil mihi dicendum denique superest, nisi circa Reg. 6. in qua cum l. quęrimus angulum, quod si noster logus incideret in quadrantis finem, in posteriorem medietatem vltimi gradus, ob differentiarum exilitatem, vel indistinctionem, ęgrè possemus iustum angulum elicere, propterea ad hoc euitandum in tali casu Regula 6. erit ista, valutemur Tabella Distinctiua.

Alia Reg 6. Versilogarithmica.

LOg-um excessus hypot. super crus datum iunge Co. Ar. eiusdem hypot, & fiet Versilog us 2. anguli dato cruri oppositi.

Ra-

Ratio Regulæ.

ASpiſce in primo Schemate huius ſecũdę partis Tr-um, e g c, etenim in eo, vt ſe habet, e c, hypotenuſa a d, b g, exceſſum eiuſdem hypot. ſuper crus, e g, ita Sinus To. e c, vel, e b, ad, b g, Sinum verſum anguli, g e c, qui eſt reſiduum ad 90. anguli, g c e, dato cruri, g e, oppoſiti, & ideò Co. Ar. hypot. cum log-mo, b g, & log-mo Sinus To. (dempta vnitate vltimo loco ad ſiniſtrã) ideſt cum ſolo log-mo, b g, nihil dempto (æquiualet enim demptioni talis vnitatis, intermiſſio log-mi Sin. Totius) dabit verſus 2. anguli, g c e, dato cruri oppoſiti.

Exemplum.

ASſumatur iterum Exemplum Reg. 6. ſupra habitum ex Ptol. igitur l. exceſſus, a c, ſuper, a d, ideſt l. numeri 525. cum Co. Ar. eiuſdem hypot. a c, 897. dabit, vt in forma calculi, Verſ. 2.

Exceſſus 525. l.	272016.
Hyp. a c. 897. Co. Ar.	704721.
Dant Verſ. 2. ang. c, G. 24. 30.	976737.

976737. anguli, c, qui eſt idem, qui ſupra.

Hæc ſunt, quæ more conſueto ad Aſtronomicos calculos abſoluendos circa Triangula rectangula tradi ſolent, verum vt copioſior euadat hæc doctrina per alia quædã nõ tam crebrò occurrentia problemata ſoluenda, ſed tamẽ ſcitu iucunda Aſtronomicam menſam locupletiorem reddere conabimur, à quibus quiſquis voluerit abſtinere poterit, non enim hæc Aſtronomo neceſſaria, ſed tamen vtilia fortaſſe aliquando erunt.

Problemata, & Regulæ 10. extra ordinaria pro Tr. Rectang.

Si quæramus.

1 Ex dato crure, & hypotenusa, crus reliquum;

2 Ex datis cruribus, Hypotenusam

3 Ex dato crure, & hypotenusa, ipsam aream

4 Ex datis cruribus, ipsam aream

5 Ex dato crure, & summa, vel differentia hypot. & reliqui cruris, crus reliquum, & hypot. & subinde aream

6 Ex data Hypot & summa, vel differentia crurum, ipsa crura, & pariter ipsam aream

7 Ex dato crure, & area, crus Reliquum, & hypotenusam

8 Ex data hypot & area, ipsa crura

9 Ex data area, & summa, vel differentia crurum, ipsa crura, cum reliquis

10 Ex dato perimetro, & area ipse latera

Aduerte autem in præfatis Regulis, quotiescunq; additur C. Ar. tunc sepè dictam Vnitatem à tacta summa vltimo loco ad sinistram abijciendam esse

Regulæ

Regula talis erit.

l. summæ cum log-mo differentiæ datorum facit duplum log-mi reliqui cruris.

Co.Ar. vnius cruris, cum duplo log-mi reliqui dabit log-um tertij; Deinde log-us summæ primi cruris, & tertij inuenti, cum log-mo eiusdem primi cruris, dabit duplum l. hypote-

l. summæ cum log-mo differentiæ datorum, & cum duplo l. dati cruris, dabit duplum log-mi duplicatę areę.

log-mi crurum simul additi conflant log-um duplicatæ areę.

Co.Ar. summæ, cum duplo log-mi cruris, dat. l dictę differentiæ: Vel Co.Ar. datæ differentiæ, cum duplo log-mi cruris, dat l. dictæ summæ, ex quibus cætera quæsita haberi possunt.

Semilog-us reliqui, dempto quadrato semissumæ crurũ ex Semiquadrato hyp. dabit Semidifferẽtiã crurũ. Vel Semilog-us reliqui dẽpto quadrato semidifferẽtię crurũ ex semiquadrato hyp. dabit semisũmã crurũ, ex quibus subinde area haberi potest.

Co.Ar. dati cruris, cum log-mo areæ duplicatæ, dat l. reliqui cruris, & subinde hyp. haberi potest.

Semilog-us reliqui, dempto quadruplo areæ ex quadrato hypot. dabit differentiã laterum, & per Reg. 6. subinde crura haberis

Semilog-us residui dempta area duplicata ex quadrato datæ semisũmæ crurũ, dabit semidifferẽtiã crurũ. Vel semilog-us aggregati ex area duplicata, & quadrato semidifferẽtiæ datæ, prębebit semisummam crurũ, & quibus reliqua haberi poterunt.

Co.Ar. Semiperimetri, cũ log-mo areæ dabit l. excessus Semiperimetri super hyp. ex quo hyp. cũ sũma crurũ habebis, & ideò per 6. Reg. ipsa quoq; crura consequi poteris.


Ratio primæ Regulæ.

ASpice in schemate secundo Tr-um, a b f, in quo, vt se habet, f a b, summa duorum, f a, hypot. & cruris, a b, ad, b f, ita, b f, ad eorum differentiam, f d, ergo ex Proprietate 4. Cap 7. p. p. log-mi extremorũ, idest log-us summæ, b a f, cum log-mo differentiæ, f d, faciet duplum log-mi, b f, reliqui cruris, vt inquit

Regula prima, quod verò dicta proportio sic se habeat elicitur ex 36. Tertij Elem. si enim, b a, imaginatus fueris esse in directum ipsi, a f, ad punctum, a, habebis in circulo vnam Tangentem, b f, &, f a b, incidentem, & ideò eadem conclusio pro schemate nostro valebit.

Ratio secunda.

SIt Tri-um rectangulum ad, K, ipsum, G K A, in quo dentur crura, a K, K g, quoniam ergo, vt, a k, ad, k g, ita, K g, ad k d ducto semicirculo, a g d, ideò ex Reg. 6. generali, C. Ar. a K, cum duplo log-mi, K g, dabit l. kd; insuper, quia, vt, d a, ad, a g, ita a g, ad, a k, ideò ex Propr. 4. Cap. 7. p. p. log-us ipsius, d a, cum log-mo cruris, a k, dabit duplum log-mi hypotenusæ, a g, quęsitę, vt inquit Regula 2.



Ratio tertiæ.

QVia log-mi crurum simul additi conflant log-um duplicatę areę, vt apparet in 4. Reg. ideò ex dato crure, & hypot. inuenimus per primam Reg. log-um duplicatum reliqui cruris quem iūgentes cum duplicato log-mo dati cruris, fit duplus log-us areę duplicatę, vt docet Reg. 3.

Ratio quartæ.

QVoniam, vt se habet vnitas ad alterum numerorum sese multiplicantium, ita reliquus ad factū, propterea ex Prop. 5. Cap 7. p p log-us Vnitatis, & facti, idest solius facti, ęquatur log-mis facientium, vnde log-mi crurum simul additi faciunt log-um rectanguli sub ipsis, idest log-um areę Tr. rectāguli duplicatæ.

Ratio quintæ.


ORitur hæc ex proprietate, quam innuimus in demostranda prima Regeula, assumpto Tr-lo, f b a, schematis secundi.

Quia

Quia .n. vt, se habet summa, b a f, ad, b f, ita, b f, ad, f d, p pea ex Reg. 6. gener. Co. Ar. primi idest summę, b a f, datę, cum duplo l. cruris, dat l. differentię; Vel è conuerso Co. Ar. datę differentiæ cum duplo l. cruris dat l. quęsitę summę.

Ratio sextæ.

IN Tr-lo rectangulo, a d e, cuius rectus angulus ad d, sumpto quouis crurum, vt, e d, producatur donec illi in directum fit facta ęqualis recta cruri reliquo, d a, vt in, b, & iuncta, a b, secetur, e b, bifariam in, c; quoniã ergo recta, e b, secatur bifariam in, c, & non bifariam in, d, igitur ex 9. Secundi Elem. quadrata, b d, d e, idest



quadrata, a d, d e, idest, ex 47. Primi Elem. quadratum, a e, hyp. duplum est quadratorum, b c, c d, quorum, b c, est semisumma crurum, c d, vero semidifferentia crurum, ideò cum detur hyp. a e, dabitũr illius semiquadratum, quod erit ęquale quadratis, b c, c d, idcirco datis, si ergo datur summa crurum, datur etiam quadratum semisummæ crurum, b c, & ideò dicitur, quod si demátur ex semiquadrato, a e, dato relinquetur quadratum, d c, cuius Semilog-us dat ipsam, d c, semidifferentiam (quia log-us radicis dimidium semper est log-mi sui quadrati, vt dicitur ad Propri. 5. Cap. 7. p. p.) Vel si datur differentia crurum, datur quadratum, d c, semidifferentię crurum, quo dempto ex semiquadrato, a e, dato, relinquitur quadratum, c b, semisummæ crurum, cuius semilog-us, dat ipsam crurum semisummam; vt inquit Reg. 6. Quoniam autem log-mi in subtrahendo, vel addendo vim non habent, propterea mirum non est, si hæc, & nõnullæ sequentium Regulę sola log orum operatione non expediantur.

Ratio septima.

QVoniam log-mi crurum simul additi constant log-um areæ Trianguli duplicatæ ex Reg. 4. ideò si dematur log-us dati cruris ex log-mo datæ areæ duplicatæ, vel si addatur C. A. illius, log-mo areę duplicatæ (dempta vnitate &c.) constabitur log-us reliqui cruris, vt innuit Reg. 7.

Ratio octaua.

ASpice proximum Schema, in eo igitur quoniam; vt ostendit Commandinus ad 7. prop. Sec. Elem. quadrata, b d, d e, idest quadrata crurum, a d, d e, idest quadratum hypotenusæ, a e, datum superat duo rectangula sub, b d, d e, vel sub cruribus, a d, d e, quadrato differentię ipsarum, a d, d e, idest quadrato differentia crurum, a d, d e, quæ quidem duo rectangula sunt quadrupla Tr-li, a e d, & ideò data sunt, propterea si quadruplum datę areæ dematur ex quadrato hypot. a e, dato relinquetur quadratum differentiæ crurum, cuius semilog us dabit ipsam differentiam, vt ait Reg. 8.

Ratio nona.


QVia in eodem Schemate rectangulum sub, b d e, idest rectangulum sub cruribus, a d, d e, cum quadrato, d c, semidifferentiæ crurum, æquatur quadrato, e c, semisummę crurum, ex 5. Secundi Elem. ppea dicitur, quod si ex quadrato datæ semisummę crurum, e c, auferatur rectangulum sub cruribus, a d, d e, idest area Tr li, a e d, duplicata, remanebit quadratum, d c, semidifferentię, cuius semilog us dabit ipsam, d c, semidifferētiam; Vel si quadratum, d c, datæ semidifferentię iunxerimus rectangulo sub cruribus, a d, d e, idest areæ Tr li duplicatę, fiet quadratum, e c, semisummę crurū, cuius semilog-us dabit ipsā semisummam, vt ex Regula habetur.

Ratio decima.

SIt Triangulum rectangulum, a b c, cui sit inscriptus circulus, e d f, à cuius centro ad contactus cadant lateribus perpendiculares, o f, o d, o e, quę quidem erunt altitudines trium Triangulorum, quorum bases latera dati Tr-li, altitudines autē erūt

dictæ

dictę perpendiculares, quorum area habetur ex ductu vnius cuiusque perpendicularis in dimidium suę basis, vnde totius trianguli area habetur ex ductu vnius dictarum perpendicularium in semiperimetrum, & ideò log-us semiperimetri, cum log-mo perpendicularis faciet log-um areę, ačeę, igitur si ex log-o auferatur log. semiperimetri, idest si Co.Ar.semiperimetri addatur log-mo areę, constabitur (dempta vnitate &c.) log-us ipsius perpendicularis, vt ipsius, o d, quæ qm̃ ęquatur ipsi, d b, & b d, est excessus, quo semiperimeter constans ex; a c, & d b, excedit hypotenusam, a c, ideò habebitur talis excessus, & consequenter hyp. a c, cum summa crurum, a b, b c, ex quibus per 6. Reg. reliqua consequeris, vt docet Reg. 10.



Exemplum primæ Regulæ.

Detur adhuc Tr-us rectangulus, a d c, cuius quidem crus a d, sit 33. hypot. a c, 65. & quæratur crus, d c, l. ergo summæ, d a c, cum log-mo differētiæ dat crus, d c, 56. nempè dimidiū summæ tāquam log-us. Vtemur autē eodē Triāgulo, a d c, & ijsdem numeris in sequentibus Exemplis, & hoc breuitatis, & facilitatis, & probationis ad inuicem gratia.

Summæ, d a c, 98.l.	199123
Differentię, 32.l	150515
Dimidium dat, c d, 56.	349638
	174819

Exem-


Exemplum secundæ.

QVæratur nunc ex crure, a d, 33 & , d c, 56. hypotenusa, a c, operor ergo per 2. Regulam, vt in forma calculi, & prodit mihi, a c, 65.

2

a d, 33. Co. Ar.	848149
d c, 56. duo. l.	174819
	174819
dant Tertium. 95.032.	197787
Summæ, a d, & Tertij. 128.032. l.	210731
a d, 33. primi cruris. l.	151851
Summa	362582
Dimidium dat, a c, 65.	181291

Exempium tertiæ.



SIt nunc ex crure, a d, 33. & hypotenusa, a c, 65. area triangularis, a d c, quã sitas investiganda, igitur per Reg. 3. operãdo exit ipsa area, prout in forma calculi conspici potest, 924. 33

3

Summæ, d a c, 98. l.	199123
Differentiæ 32. l.	150515
a d, 33. duo log.	151851
	151852
Summa	653341
Dimid. dat. duplum areę. 1848	326670
Et ipsam aream 924	

exem

Exemplum quartæ.

DAtis cruribus, a d, 33. & d c, 56. quæritur area, a d c, operor ergo per quartam Reg. vt in quarto calculo, & colligo eandem aream, vt supra. 924.

		4
Cruris, a d, 33 l.		151851
Cruris, d c, 56 l.		174819
Dant. dupl. aream.	1848	326670
Et ipsam aream	924	

Exemplum quintæ.

DAto crure, a d, 33. & summa, vel differ. a c, c d, summa in quã, 121, vel diff 9. quæritur, d c, crus reliquũ; operor ergo per Reg. 5. & habeo crus, d c, 56. ex vtraque operatione, vt patet in forma 5. calculi, etenim si inuentam differ. 9. detrahamus ex data sũma 121. residui dimidiũ erit crus, d c, 56. Vel si datam differentiam 9. detrahamus ex inuenta summa 121. residui dimidium erit crus, d c, pariter 56. vtroque modo igitur colligimus crus, d c, esse. 56.

		5
Summæ 121. Co. Ar.		971721
Cruris, a d, 33. duo. l.		151851
		151852
Dant Differ.	9.	095424
Vel, Differ.	9. C. Ar.	904576
Cruris, a d,	33. duo l.	151851
		151852
Dant Summam	121.	208279

Exemplum sextæ.

EX data hyp a c, 65. & summa crurum, a d, d c, 89. vel eorum differentia 23. quærantur ipsa crura, & area, operando ergo per Reg. 6. vt in forma 6. Calculi, inuenio ex

data

data hyp. & summa crurum, semidiff. eorundem 11. 5. & data hyp. ac differentia crurum reperio semisummam crurũ esse 44. 5. sic ergo dempta inuenta differ. 23. ex data summa 89. residui dimidium 33. erit crus, a d, & d c, 56. Vel semidifferentia crurum data 11. 5. si adiungatur inuentæ semisũmæ 44. 5. fiet, d c, 56. & si demattur ex eadem semisumma 34. 5 fiet crus minus, d a, 33. igitur vtroque modo habentur ambo crura, ex quibus datis operando per Reg. 4. aream obtinebis.

6

Hypot. a c, 65 semiquad	2112.50
Semisummæ crurum, a d c 44. 5. quad.	1980 25
Ablato hoc ex illo, residuum est.	0132.25
Residui log.	212140.
Dimidium dat semidiff. 11. 5.	106 70.
Vel ex Hyp. a c, semiquadrato	2112.50
Dempto semidiff. crurum, a d c, quad.	132.25
Residuum est	1980.25
Residui log.	329672.
Dimidium dat semisummam. 44. 5.	164836.

Exemplum septimæ. 7

EX dato crure, a d, 33, & area, a d c, 924. inueniemus crus, d c, operando per Reg. 7. ut in forma 7. Calculi, ex quo habebis ipsum, d c, esse 56. ex datis autẽ cruribus habebis etiam hyp. per Reg. 2.

Cruris, a d, 33. Co. Ar.	848149
Areę duplicatę. l.	326670
Dant. l cruris, d c, 56	1748 . 9

Exem-

Exemplum octauæ. 8

EX data hyp. a c, 65. & area, a d c, 924. per Reg. 8. vt in 8. Calculo inuenio differentiã crurũ 23. Ex hac

Ex, a c, hypot. 65. quad.	4225
Dempto Areæ, quadruplo	3696
Fit residuum	529
Cuius log.	272346
Dimidium dat Differ. 23.	136173

autem, & data hypot. per Reg. 6. inuenio Vtraque crura, nẽpè crus, a d, 33, & crus, d c, 56. Exemplum complet illud idem, quod pro Reg. 6. secundo loco adductum fuit.

Exemplum nonæ.

EX data area, a d c, 924. & summa 89. vel differentia 23 ipsorum crurum, inueniemus vtraque crura operando per Reg. 9. vt in forma 9. Calculi, data enim summa, inuenio semidiff. crurum 11, 5. quæ addita, & dempta à semisumma 44. 5. constituit crus, a d, 33. & crus, d c, 56. & data differ. 23. inuenio semisummam 44. 5. cui addita, & dẽpta semidiffer. data 11. 5. constituo similiter crus, d c, 56. & , a d, 33. ex quibus reliqua haberi possunt. 9

Ex Semisummmæ crurum 44. 5. quadr.	1980.25
Dempta Area, a d c, duplicata	1848.
Fit residuum,	132.25
Residui log.	212140.
Dimid. dat. semidiff. crurum 11. 5.	106070.
Vel Semidiff. 11. 5. quadr.	132.25
Addita area duplicata	1848.
Fit summa	1980.25
Summæ log.	329672.
Dimid. dat semisummam 44. 5.	164836.

Exemplum decimæ. 10

IN Tr-lo, a d c, dato perimetro, 154 & area, 924.

Semiperimetri 77.	Co.Ar.	811351
Areæ 924.	log.	296567
Dant.l.excessus semip.sup.hyp.12		107918

inueniemus hypot. & vtrumq; crus per Reg. 10. operando, vt in forma 10. Calculi, ex quo habemus excessum semiperimetri 77 super hypot. a c, esse 12. & ideò demptis 12. ex 77. remanebit hypot. a c, 65. ex qua data, cum summa crurum 89. inueniemus iuxta Reg 6. ipsa crura. prior pars autē exempli adducti pro Reg. 6, complet nostrum exemplum, etenim ex data hyp. 65. & summa crurum 89. ibi inuenimus crus, a d, esse 33 & crus, d c, 56. quæ ad præfatas Regulas explicandas breuiter dixisse sufficiat.

Caput III.

De Triangulorum Obliquangulorum calculo, ac secundo Planorum Triangulorum Axiomate ex quo duæ log-cæ Regulæ oriuntur.

HVcusq; de his, quæ ad Tr-rum Rect-rū calculum pertinere visa sunt, in ant Capite à nobis actum est, nunc vero transibimus ad obliquangula, quorum Regulę etiam ipsis Rectangulis Triangulis communes erunt, cum tamen, quæ de Rectangulis dicta sunt minimè Obliquangulis adaptentur, nisi demissione perpendiculi ad ipsa rectangula reducantur, quod quidem licet etiam à nobis aduertetur, curabimus tamen, vt per proprias Regulas, euitata quantum, fieri possit multiplicitate, ipsorum Problemata absoluantur, quo faciliora nobis existāt, est autem, ad hoc inseruiens Axioma Planorum secundum, tale.

Axio.

Axioma 2. Obliquangulis Planis Triangulis inseruiens.

IN quocumque Plano Triangulo, Sinus angulorum ipsis lateribus, quibus anguli opponuntur sunt proportionales.

Ratio Axiomatis.

SIt Tr-lum quodcumq; a h c, & sumpta eiusdem quæcumque duo latera, c h, h a, quibus anguli, a, c, opponuntur: Dico, vt sinus anguli, a, ad sinum anguli, c, ita esse latus, h c, ad latus, h a, ducatur ab angulo comprehenso à duobus sumptis lateribus, c h, h a, id est ab, h, perpendicularis in basim oppositam, a c, quæ vel cadat intra, vel extra Triangulum, a h c, cadat autem prius intra, vt in, d, & producatur, latus, a h, versus, h, vt in, e, donec, a e, sit æqualis ipsi, c h, & ab, e, cadat, e u, perpẽdicularis ipsi, a c, deinde centris, a c, interuallis, c h, a e, describantur arcus, h i, e b, secantes basim, a c, in punctis, i, b; Quoniam ergo Tr-la, e a u, h a d, sunt similia, ex eo quod sit eisdem communis angulus, a, & duo sint recti, nempè, d, u, vnde reliqui, h, e, fiunt pariter æquales, ideò ex 4. Sexti Elem. Vt a e, ad, e u, ita erit, a h, ad, h d, & permutando, vt, e a, ad, a h, ita, e u, ad, h d, sed, e a, est æqualis ipsi, c h, &, e u, est Sinus arcus, e b, siue anguli, a, in centro eiusdem constituti, h d, autem est Sinus arcus, h i, i. anguli, c, ergo, vt Sinus anguli, a, ad sinũ ãguli, c, ita est latus angulo, a, oppositũ nẽpè, c h, ad, h a, opposită angulo, c; Qđ si d. cũ Tr lũ fuisset ipsum, c h r, & perpendicularis cecidisset extra Tr-lum supra, c r, productã, vt in, d, sumpta, d a æquali ipsi, d r, & iuncta, a h, ac producta, vt fieret, a e, æqualis ipsi, c h, cæteris eodem modo constructis, probauissem, vt, e u, ad, h i, ita esse, c h, ad, h a, ipsam vero, h a, æquari ipsi, h r, patet ex 4. Primi Elem. ex quo probatum fuisset Sinum anguli, a, id est anguli, h r a, id est anguli, h r c. (competit enim idem Sinus proposito arcui, & residuo ad semicirculum ex Reg. 2. geneaali) ad

Sinum anguli, c, esse, vt, c h, ad, h r, patet ergo veritas Axiomatis, quę quidem licet tamquam Axiomata se habeant in hac Triangulorum doctrina, non respuunt tamen demonstrationem ex Elementis geometricis petitam.

Corollarium.

EX hoc habetur, quoniam dantur quatuor magnitudines proportionales, nempè sinus angulorum, & latera ipsis opposita, quod (ex Propr. 5. Cap. 7. p. p.) log-mi exxremorum æquātur log-mis mediorum, idest, quod log-us cuiusuis lateris, & anguli eidem adiacentis ęquatur log-mis lateris angulo oppositi, & anguli lateri prædicto pariter oppositi; super hac autē proprietate fundatur Præceptum 25. traditu à Keplero in Rodulphinis Cap. 9. vbi data proportione laterum cum angulo eisdem interiacente, cōnatur per log-mos, atque per falsam positionē reliquos angulos notos reddere, cū .n. alterū, laterū nempe maius supponat tamquam Sinum Totū, & ideò habeat pro log-mo CipHram, (sic enim se habet in log-mis primi generis, vt Cap. 4. Not. 4. p. p. intelligere potuisti) sequitur tantū reliquo lateri ascriptum esse numerum pro log-mo, ponat ergo, inquit, calculator maiorem angulum, vt in Tr-lo, h a c, quēcumque voluerit, dummodo minorem summa duorum āgulorum, a c, eius log-us additus log-mo adiacentis lateris, h a, debet conflare log-um reliqui anguli, c, tentandum ergo est an ex nostra positione hoc eueniat, quod si non contingat, nouam positionem repetimus donec in hoc incidamus; vt nempè conflatus log-us exhibeat angulum minorem, secundo autem ponere solet angulum collectum ex prima positione, tamquam vero propiorem, quærens subinde log-um maioris inuenti, ipsumque denuò iungens proportioni laterum, idest log-mo lateris maiori adiacentis vt tandem quæsitos angulos obtinere possit; iuxta quem modum possemus & nos 8. Problema Cap. ant. soluere dum ex data hypot. & area quærimus ipsa crura, quorum log-mi simul additi conflant log-um duplicatæ areæ, & ideò posito altero crurum pro libito, eius log-us demptus ex logarithmo duplicatæ areæ si relinquat log-um reliqui cruris, recta erit positio, secus repetenda erit donec relinquatur

cru-

cruris alterius log. & facilis quidem foret hæc regula, nisi calculatori vagis positionibus errandum esset, & si per breuiorem viam ipsum dirigere velimus, noxijs cautionibus non deturbaretur; infra autem aliam ad hoc Regulã nonnihil faciliorẽ tradere conabimur, quę quidẽ sint obiter dicta; colligimus ergo ex superiori Axiomate aggregatũ ex log. lateris cuiuscumq; & anguli eidem adiacentis, æquari aggregato log-orum lateris, & anguli prædicti, vnde ex Reg. generali 6. Co. Ar. primi, cũ log-mis secundi, & tertij componet log-um quarti (dẽpta vnitate &c.) siue primo loco sit latus, siue angulus, ex quibus sequentes Regulę oriuntur.

Problemata, & Regulæ duæ ex prædictis emanantes.

	Si quæramus.	*Regula talis erit.*
1	Ex duobus angulis, & latere vni opposito, vel adiacente, reliqua latera (cũ latus autẽ adiacet datis angulis, statue tertium angulum pro vno datorũ, sic enim ad Casus priorem partem te reduces.)	Co. Ar. log ãguli dato oppositi, cũ log-is dati lateris, & reliqui anguli, dabit l. lateris reliquo angulo oppositi. Vel idem Co. Ar. cum log-mis dati lateris, & tertij anguli, dabit l. lateris tertio angulo oppositi; posterior pars Casus autem eodem modo soluitur, quia reducitur ad priorem.
2	Ex duobus lateribus, & angulo vni eorum opposito, angulum reliquo datorum oppositum, dummodo constet illius species.	Co. Ar. lateris dato angulo oppositi, cum log-is reliqui lateris, & anguli dati, componit l. quæsiti anguli, cuius speciem non ignoras.

Hic autem, velut in alijs Regulis obseruatum fuit,

est insuper abijcienda vnitas sępè dicta ab inuentis log-mis in ambabus pręfatis Regulis.

Ratio prima Regulæ.

ASpice Tr-lum Obliquangulum, b a f, in quo dentur duo anguli, b, a, cum latere, a f, vni eorum opposito, scilicet ipsi, b, igitur ex 2 Axiomate supra posito, vt Sinus anguli, b, ad Sinũ anguli, a, ita latus, f a, (quę omnia data sunt) ad latus, f b, reliquo angulo, a, oppositũ, quod quæritur, ergo, vt diximus ad finem præhabiti Corollarij, Co. Ar. anguli, b, cum log-mis lateris, f a, & reliqui anguli, a, dabit log-um lateris, b f, vt docet Regula prima.

Ratio secunda.

EOdem modo patebit secunda, cum enim, vt latus, b f, datũ ex. g. ad latus, f a, datũ, ita sit ex 2. Ax. Sinus anguli, a, dati, ad sinum anguli, b, quæsiti, propterea Co. Ar. b f, cum log-is, f a, & anguli, a, dabit log-um anguli, b, (dempta vnitate &c.) vt inquit Reg. 2.

B A F

Exemplum primæ Regulæ ex Geographia.

SInt, a, b, duæ Ciuitates nota inter se distantia, a b, quæ sit milliaria 20. obseruetur insuper angulus, a, G. 130. &


Anguli, f, G. 30. Co. Ar.	030103
b a, Mill. 20 l.	130103
Ang a, G. 130. l.	988425
Dant l. b f, Mill. 30.	148631
Vel, b, G. 20. cũ primis dub. l.	953405
Dat, a f, Mill. 13 68 1.	013611

angulus

angulus, b, G. 20. lateribus, a f. b f, concurrentibus in f, tertiam Ciuitatem; cuius distantiam à prædictis duabus scire cupio. Vt ergo calculum reuocem ad priorem partem primi casus, dempta duorum angulorum, a, b, sūma ex G. 180. remanet notus angulus ad, f, nempè G. 30. iungo ergo Co. Ar. anguli, f. cum log. mis, b a, & anguli, a, & fit log. us, b f, vel anguli, b, & fit log. us, a f, & sic inuenio, b f, milliaria 30.642. & a f, milliaria 15.681. vt vides in forma calculi primi.

Digressio circa Parallaxes.

ADmirabilis Parallaxium doctrina, ex qua de Planetarum à Terra distantijs, de loco nouarum stellarum, de Cometarum incolatu, an supra Lunā, vt Tycho, Gēma, Mæstlinus, Digesseus, Sātuccius, Keplerus, Landtgrauius, Clauius, & alij insignes Mathematici ratis, & firmis rationibus se demonstrasse, profitētur, vel infra expatiētur, vt cū Peripatetica Schola, & omnibus antiquis Philosophis vniuersa pæne addiscentium cohors, Cæli corruptionem nimium perhorrescens, credere maluit, & contra prædictorum virorum obseruata, ac inde collectas ab eisdem conclusiones obiecto, Clipeo Clariss. Eques Scipio Claramont. philosoph. ę peripate-



ticæ nutãtem doctrinam, Cæli ruinam manibus, pedibusq; tueri totis viribus conatus est, certiores reddimur, duab prædictis Regulis tamquam Polis tota rotatur. Circa quam insignem controuersiam, quid sentiam præsentis doctrinæ filus, angustia loci, ac temporis, nec velle me in alienam messem falcem immittere, nunc dicere prohibent, non enim solus calculandi modus, sed & obseruandi foret examinandus, cum non valdè consonsi appareat ex eisdem obseruatis contrarias deduci posse conclusiones, vt Tycho, & Claram. agere videntur, improbabile vero sit eosdem in calculis errasse, ex quo totum dubium ad obseruationes reuocari potius credendum est, circa quod aliquando fortasse meum sensum aperiam, interim hæc à me dicta sint, vt quanti prædictæ duæ Regulæ calculatori, fieri debeant clarius agnoscat. Vt verò lucidus etiam intelligatur quam sit hoc verum, nonnihil de ipsa Parallaxi mihi hic tangendum videtur; Sit ergo, A, centrum Terrę, & circuli, h m, referens extremum nostræ visionis terminum in sphæra fixarum, sit circulus maximus, b n, in superficie Terræ descriptus, sint vero, c, k, duo corpora visa ab oculo, b, remotius, k, propinquius, c, sint autem in eadẽ recta prodeũte à centro, a, ad circumferẽtiam, h m, nempè in, a i, ab oculo autem, b, procedant radij in, k, c, vsq; ad circumferẽtiam, h m, cui incidant in, o, d, nempè, b o, b d, sint autem etiam ductæ, a b h, ad Zenith

nith obſeruatoris,&, a m, perpendicularis ipſi, a h, quæ omnia in eodem plano eſſe ſupponantur, ſiue ſit, h m, meridianus circulus, ſiue quiuis alius verticalis, arcus ergo, h i, dicitur diſtātia loci veri corporis, K, in ſphæra fixarum à vertice, h, arcus verò, h o, dicitur diſtantia loci eiuſdem viſi ab eodem, h, & differentia vtriuſque arcus, ſc. o i, ea eſt, quæ dicitur parallaxis, quę etiam eſt differentia altitudinis loci veri, i m, & altitudinis loci viſi, o m, vt hinc appareat parallaxim minuere altitudinem, ac deprimere obiectum viſum, vel augere diſtantiam à vertice, h, & obiectum viſum magis à vertice remouere, ſc. per arcum, i o, ſic ergo parallaxis in arcubus declaratur; in angulis vero, quoniam angulus, h a i, veræ diſtantiæ à vertice tantus eſt quātus eſt arcus, h i, & angulus, h b o, tantus quantus eſt arcus, h o, ſuperat vero angulus, h b k, vt exterior, oppoſitum interiorem, h a i, quantitate anguli, b k a, ex 32. Primi Elem. Ergo quantus eſt arcus, o i, tantus etiam eſt angulus, b k a, ſic ergo tam arcus, o i, quam angulus, b K a, factus in obiecto viſo dicuntur promiſcuè parallaxis corporis viſi, K, cum iiſdem gradibus vtrique numerentur; patet igitur quod corporis viſi, c, parallaxis eſt arcus, i d, vel angulus, b c a, & cum angulus, b c a, ſit maior angulo, b K a, ex 16. Primi Elem. ideò Aſtronomi animaduerterunt hanc methodum parallaxis aptiſſimam eſſe ad dijudicandum de diuerſorum corporum à Terra diſtantijs, quod tantam admirationem, ſed incrudelitate deprauatam, vulgo ingerit, ipſum enim latet tale artificium, cum leges geometricas ignoret, huc ergo ex oppoſito premunt ingenioſi viri, Dędaleaſq; ſpernentes alas, cæleſtes Regiones, in offenſis pennis, aduolare audent, de corporibus tam longè diſſitis, ſi rectè intueātur, nobis vera nuntiantes, ſtatuūt ergo obiecta Terræ propiora maiorem habere parallaxim, remotiora minorem, cum vero, ex. g. aſcendente obiecto, k, verſus, h m, minuatur arcus, o i, ſuæ parallaxis, tandem adeò paruus ſit, vt òculo euaneſcat, & tunc dicimus obiectum eſſe proximum ſphęrę fixarum, vel in ea conſtitutum, hoc ergo artificio vſus eſt Tycho circa nouas Stellas annorum 1572. 1600. & 1604. nec non circa Cometas, præcipuè circa eam, quę anno 1577. viſa fuit, contendens ex earū

parallaxi lunari minore fuisse cælestes, contra vèro Claram, easdem fuisse sublunares eidem innixus principio ex parallaxi maiori, quam ipsius lunæ, probare conatur. Hęc quidem in omnibus obiectis visis suā retinere validitatē ferè oēs huiusq; existimarunt, verum subtilissimus naturę arcanorum indagator Galilæus Præceptor meus circa obiecta realia à nobis visa vtique & ipse rem ita se habere cum cęteris fassus est, at si visui nostro apparentia exhiberentur simulacra, quod Cometam non esse non adeò clarum est, tunc parallaxis vim hębetari, ac infirmari, vt de Halone diuersis oculis concentrico semper syderi, vt ipsi lunæ, apparente, & nullam consequenter, licet sit propè Terram, efficiente parallaxim, satis compertum esse potest, solerter animaduertit. Manifestum est ergo quid sit hæc omnium philosophorum, ac Mathematicorum linguis decantata parallaxis, quantumq; sit artificium, quod per eam nobis suppeditatur, vocata fuit autem, quæ sumitur in eodem verticali, parallaxis in altitudine, quia diminuit ipsam altitudinem; quoniam verò ex hac parallaxi in altitudine diuersificatur locus verus à loco viso eiusdem obiecti, ideò si à Polo mundi per hęc duo loca ducantur circuli maximi vsque ad Æquinoctialem, in ipso Æquinoctiali, apprehensus ab eisdem arcus dicitur parallaxis Ascensionis rectæ, & differentia, vel aggregatum Declinationum loci visi, & veri, dicitur parallaxis Declinationis. Quod si Polum mundi in Polum Eclipticæ commutaueris, ductis eisdem arcubus, intelliges portionem Eclipticę conclusam ductis arcubus, dici parallaxim longitudinis, & differentiam vel aggregatum latitudinum loci visi, & veri dici parallaxim latitudinis, & tandem si à dato quouis sphæræ puncto, siue à quouis sydere arcus duxeris ad vtrumq; locum, eorum differentia dicetur parallaxis distantiæ ab eodē puncto, differentia vero motus visi, & veri dicitur Parallaxis ipsius motus in dato tempore: Parallaxis ergo Declinationis coincidit cum parallaxi altitudinis, cum Phenomenon est in meridiano, & tunc euanescit parallaxis ascensionis rectę, parallaxis vero latitudinis cioncidit similiter cum parallaxi altitudinis, cum Phęnomenon est in nonagesimo gradu ab Ascen-

dente

dente, & tunc euanescit parallaxis longitudinis, parallaxis vero distantię tunc nulla est, cum à dato sydere dicta duo loca distant per ęquales arcus, & coincidit cum parallaxi altitudinis, cum datum sydus est in eodem verticali cum loco viso, & vero, quæ omnia amplius declarantur in AntiTych. eiusdem Claram. Prima ergo nostrarum Regularum locum habet, cum ex inuenta parallaxi altitudinis quærimus distantiam à centro Terræ, vel ab oculo nostro eiusdem Phenomeni, vt si ex parallaxi, b k a, & semidiametro, b a, datis quæremus, a k, &, b k, Secunda verò tunc adhibenda est, cum ex data semidiametro, a b, & distantia, a K, quærimus parallaxim, a k b, sic ergo ex parallaxi distantiam, & ex distantia habemus parallaxim, quod est totius negotij summa in eo, quod ad calculos spectat, sed hoc duobus experiamur exemplis ab ipso Tychone petitis.

Exemplum eiusdem primæ Regulæ ex Doctrina Parallactica.

D*Etur in Tr lo, K b a, semidiameter Terræ. 1. parallaxis Cometæ, K, anni 1577. qualis ex Tichone esse debuisset, si Cometa proxima infra concauum lunare extitißet, nēpè G. 0. 57. 36. detur insuper angulus, K b a. Complementum*

2

Semid. Terræ 1. l.	0	Diff.
24		
Parallaxis, k, G. 0. 57. 36. Co. Ar.	177287	376
Ang. K b a, G. 119. 24. 30. l.	994009	
	240	0
Fragmenta partis proport.	56	0
	4	8
Dant l. K a, semid. Terræ. 52.	71597	

anguli, h b K, distantia visæ à vertice G. 119. 24. 30. quia distantia visa erat G. 60 35. 30. Quoniam ergo datur in Tr-lo, k b a, duo anguli, cum latere opposito, ideò per Reg. primam operandum erit, vt in forma 2. Calculi, per quem elicio, K a, esse 52. semidiametros Terræ, vt Tycho supposuit ad eruendam dictam parallaxim. Aduertendum est autē in hoc calculo, quod cum esset inquirēdum Co. Ar. Parallaxis, supposui 24. ipsis sec. 36. Sic enim accepto Comp. Arith. cum prox. maiori, idest cum G. o. 58. & differentia præcedenti 376. cum sec. 24. in columella Tab. prioris Sexag. cui superstat numerus 30. (quia interstitium est de 30. in 30. Secunda) & cum dicta differentia, elicio fragmenta partis proportionalis, & licet differentiæ adesset numerus realis, quia tamen vtor log-mis 6. notarum, & numere ibi inuentus, est 41. pertinens ad postremas duas notas ideò ipsum non adhibeo, cum illæ detruncentur; hæc aūt conformia sunt ijs, quæ p. p. Cap. 8. in eiusdē Scholio p̄scripta fuerūt.

Exemplum secundæ ex eadem Doct. Parallactica.

SVpposuit idē Tycho lib. 2. de Mundi Ætherei Rec. Phæn. pag. 111. in alia obseruatione, nempè altitudinis visæ G. 7. 48. ipsius Cometæ eandem distare à centro Terræ semid. 52. quæsiuit autem parallaxim, quam inuenit G. 1. 5. 30. videamus ergo an per log-os eandē & nos colligamus parallaxim. In eodē ergo suprapositoTr-lo, B K a, sit locus Cometæ in eadē obseruatione secunda, in, K, datur insuper

	3
k a, 52, semid. Terræ. Co. Ar.	828400
a b, semid. Terræ. 1, 1.	0
k b a, G. 97. 48. 1.	999566
Dant l. Parallax. k G. 1. 5. 30	827996

latus,

latus, b a, sem & , k a, 52. id. Terræ alterum latus. 1. ergo per Reg. 2. operandum est, ut vides in forma 3. Calculi, per quem colligimus angulum, K, idest parallaxim Cometæ, si per 52 semid. Terræ tantum distasset ab eiusdem centro, esse debuisse G. 1. 5. 30. ut ibidem pariter Tycho reperijt per reductionem ad Triangula rectangula, quarum praxium sc. soluendi Obliquangula Tr-la per reductionem ad Rectangula demisso perpendiculo, exempla tradere prætermitto, ex Regulis enim superius de Rectangulis Tr-lis traditis, facile id percipi, ac perfici potest. His ergo duabus Regulis tota Parallaxium Praxis expeditur, si de Parallaxi in altitudine loquamur, quæ tamquam cæterarum est primigenia, ac earum fundamentum, in cæteris enim Triangula Sphærica adhibenda sunt, hæc igitur de Parallaxibus altitudinis, & de Regulis ad eandem eruendam satis dicta sint, infinita enim alia exempla in alijs generibus ad dictarum Regularũ valorem experiendum, adduci possent, Sed si calculator in hoc magno Naturæ Theatro ad eius mira spectaccula contemplanda parum per sase circumuoluerit, undique prædictarum ac subsequentium Regularum periculum faciendi, summamq; earum necessitatem admirandi occasionem nanciscetur.

Cap. IIII.

De Planorum Triangulorum Axiomate tertio, ex quo unam deducimus Regulam logarithmicam.

LIcet ex ant. Cap. docuerimus, quomodo, datis duobus angulis, cum latere vni eorum opposito, vel adiacente, similiter datis duobus lateribus, cum angulo vni eorum opposito, cognita anguli reliquo eorum oppositi specie, reliqua haberi possint; cum tamen duo latera, cum angulo eisdem intercepto, data

erunt


erunt, nulla prædictorum Regularum poterit Problema ſolui, niſi ad Rectangula, demſſo perpendiculo, quod dato angulo opponeretur, obliquangulum Triangulum reduceretur, quod tamen poſtulat operationem duplicari; idcirco, vt vnica perfici poſſit, alia Regula à prædictis explicanda nobis eſt, quæ ex tali Axiomate pendet.

Axioma 3. Planorum.

VT ſumma duorum laterum ad eorum differentiam, ita Tãgens dimidij ſummæ angulorum ad baſim eſt, ad Tangentem anguli infra, vel ſupra dimidium.

Ratio Axiomatis.

SIt datum Planum quodcumq; Triangulum, g a c, & ſit hoc probandum circa duo latera vtcumq; g a, a c, centro ergo, a, interuallo, a g, circulus deſcribatur, f g e h, ſecans latus, a c, in, h, baſim vero, g c, in, e, producatur autem, c a, vſq. ad circumferẽtiã in, f, & iungatur, g f, q̃ bifariam diuidatur in, u, iũcta, a u, & à pũcto, a, ducatur, a o, parallela, g c, ſecans, f g, in, o, & ſumatur, u s, æqualis ipſi, u o, & tandem centro, a, interuallo, a u, deſcribatur arcus, u b, quia ergo, f a, æqualis eſt ipſi, a g, baſi, latus, f u, lateri, u g, &, u a, latus commune, per 8. Primi Elem. anguli, f u a, g u a, æquales erunt, & ideò recti, vndè, q f u, tanget ductũ arcum, b u, p̃ Cor. 16. Tertij Elem. ex quo deducitur etiam angulos, f a u, u a g, æquales eſſe, & quia angulus exterior, f a g, æquatur duobus interioribus, a g c, a c g, ideò angulus, u a f, eſt ſemiſumma angulorum ad baſim, g c, & angulus, u a o, eſt differentia infra, vel ſupra eandem ſemiſummam, quia angulus, f a o, eſterior parallelarum, o a, g c, æquatur interiori, a c g, & angulus, o a g, æquatur ſibi coalterno,



no,a g c,quoniam ergo,o a,eſt parallela ipſi,g c,ideò,vt,f o,ad, o g,ita,f a, ad, a c,eſt autem, vt, f o, a d, s g, ita, f a, a d, a h, quia antecedentes conſequentibus ſunt ęquales, ergo, vt, f o, ad,o ſ, ita, f a, ad, h c, &, vt, f o, ad dimidiam, o ſ,ideſt ad, o u, ita, f a, ad dimidiam, h c, vel ita, f h, ad integram, h c,& componendo,vt,f u,ad,u o,ita,f c, ad, c h, eſt autem,f a, æqualis,a g ergo, vt ſumma laterum, g a c, ad eorum differentiam,c h,ita,f u, Tangens anguli,f a u,ideſt Tangens ſemiſummę angulorum ad baſim,g c,ad ipſam,u o, Tangentem anguli, u a o, qui eſt ſupra, vel infra eandem ſemiſummã; patęt ergo veritas Axiomatis.

Hæc proprietas cõis eſt tam Rectang.q̃. Obliquang. Triangulis, vt patet ſi ſuppoſuerimus angulum, g a c, rectum eſſe, currit enim eadem demonſtratio, vnde miror Beniamim Vrſinum lib. 3. Cap. 2. Prop. 2. ſuę Trigon. dicere hanc ſolis Obliquangulis conuenire,niſi forte particula, ſolis, irrepſerit ex incuria Typographi.

Corollarium.

PAtet ergo ex Prop. 5. Cap. 7. p. p. log-um ſummæ laterum, cũ Meſ. anguli infra,vel ſupra dictum dimidium æquari log mo differentię,cum Meſ. ſemiſummę, ex quo ſubſequens Reg. log. habetur,quæ eſt tertia Obliquangu lorum.

Problema, & Regula log-ca fluens ex prædicto Axiomate, ac Cor.

Si quæramus.	*Regula talis erit.*
3 Ex duob. datis laterib. & angulo ab ijſdẽ comprehenſo,reliquos duos angulos.	Co. Ar. aggregati laterum, cum log-o differentiæ eorundẽ,& cũ Meſ. ſemiſũmę reliquorũ angulorũ, dabit Meſ anguli infra,vel ſupra eandem ſemiſummam.


Hoc etiam habebitur demiſſione perpendiculi, quod opponatur angulo dato,recordare autem in præfata Regula ſolitę vnitatis delendę &c.

Ratio Regulæ.

CVm ex Corollario prox. l aggregati laterũ cũ Meſ. anguli infra,vel ſupra ſemiſummam angulorum ad baſim,adæquentur

tur log-mo differentiæ cum Mes. semisummę dictorum angulorum, idcò dempto log-mo aggregati, ex addiunctis log-mo differentiæ, & Mes. semisummæ dictæ, ideſt addito eisdē Co. Ar. aggregati, fiet Mes. anguli infra, vel ſupra dictam ſemiſummam, dempta vnitate &c. prout docet Regula ſupraſcripta.

Exemplum ex Geographia.



Soluant ex portu, a, duæ Naues, quarum vna versus vnam, alia versus aliam incedat mundi plagam, ita vt angulus, b a c, earum deuiationem indicas ſit G 114. esto autem quod velim scire, cum harum nauium vna perfecerit milliaria 50, altera uerò milliaria 75. ideſt cum vna percurrerit, a c, mill. 50. altera vero, a b, milliaria 75. quantum deuient inter se nauis, c, à portu, a, sumpto angulo in, b reliqua naui, ideſt quantus ſit angulus, a b c, & ſimiliter, a c b; operor ergo iuxta Regulam, vt in forma calculi. i. & inuenio angulum infra, vel supra semisummā angulorū, b, c, (quæ eſt G, 33.) eſſe G. 7. 24. ita Vt additus & demptus

		I
Aggregati, a b, a c, 125. Co. Ar.		790309
Differ.	25 l.	139794
Semiſummæ ang. b, c, G. 33. Me.		98125
Dant Me. ang. inf. vel ſupra G. 7. 24		911355

à G. 33. conſtituat angulum maiorem, c, G. 40. 24. & minorem, b, G. 25. 36. ex quibus ſi voluerimus vlterius etiam inueſtigabimus duarum Nauium, b c, diſtantiam per Reg. 1. Cap. ant. poſſumus etiam ita ſupponere exemplum, vt ſit, a, portus, c, locus ad quem nauis quædam, ex portu, a, diſcedens ſit profectura, esto autem quod vi ventorum propulsa

ſit

sit per, a b, deflectens à tramite, a c, per angulum, c a b, notū ex plaga, c, & , b, nota, sciat autem distantiam, a c, & emensum iter, a b, poterit ergo scire, naui in, b, constituta angulū, a b c, id est plagam loci, ad quem illi progrediendum est, & similiter ab eodem distantiam, b c, quæ Magneticæ Pixidis, & Nauigatoriæ chartæ auxilio nautæ consequi solent.

Digressio de Æquationibus syderorum motuum.

MOtus, qui in Astronomia considerari solent duplicis esse generis, alios nempè medios, siue regulares, alios veros, siue apparentes, & irregulares, qui tantillum huius diuinæ scientiæ labijs vix attigerit nemo est, qui nesciat; medios enim syderum motus sibi astruit, ac in Tabulis digerit Astronomia, siue quod ita reuera se habeant, vt omnes Antiqui, ac Recentiores, paucis exceptis, de Sole præcipuè, indubium esse crediderunt, purissimæ, enim, nobilissimæ, ac propè diuinę substantiæ talem motum maximè conuenire, & in ordinatissima, ac regularissima figura, circulari nempe fieri, maximè consentaneum esse pænè omnes arbitrati sunt; siuè, apud illos, qui in ijsdem circulis non fictas, sed quidem veras irregularitates supponere non dubitarunt, quia, sic calculorum facilitati congruum esse existimauerint, nemo in quam fuit, qui medios syderum motus, non admiserit; imo & ipse vulgus non alios videtur percipere motus, quam medios, siue regulares, dū enim Solem, Lunam, ac Stellas continuò oriri, ac occidere, nec non supra verticē, ac infra in gyrū circumuolui, interim vero Lunam spatio menstruo ad Solis coniunctionem redire, Solem, annuo expleto curriculo, ad initium sui cursus restitui, veluti & cætera sydera contemplatur, hos omnes motus regulares esse sibi persuadet; veluti enim motum in regularissima figura fieri præsentit, ita eundem non regularissimum esse minimè dubitat; potissima autem ratio, qua Astronomi motus medios vel

credere, vel supponere coguntur, ea est, quod Motus, & Tempus, veluti, & spatium æqua ratione diuiduntur, vn inquit Ar. 6. Phys. tex. 37. quod non nisi de regulari motu verificari potest, etenim in irregulari æqualibus temporibus decurrit mobile inæqualia spatia; cùm ergo habeamus tempus diuisum in annos, dies, & horas, profectò nisi assumant Astronomi motum regularem sub hoc tempore factum, non poterunt de ipsis motibus ex aggregatione, vel subtractione temporum quidquã certi stabilire, hæc ergo necessitas motus medios in Astronomiã introduxit; Cum verò vlterius fieret ab illis inquisitio an solis istis standum esset, ita vt dictorum motuum temporibus æqualibus responderent partes æquales, illicò ad sydera errãtia aspicientes animaduerterunt maximè, hoc credentes, se deceptos iri, spatium enim quod metiebatur Luna ex. g. in vna die haud æquale esse spatio transacto in altera die facilè percipiebant, huius ergo illi, qui nullam irregularitem realem in Planetis admittere volebant, culpam in hoc referebant, quod nẽpè oculus noster in earundem reuolutionum centro minimè situs esset, ex quo tota irregularitas in aspicientem ab illis retorquebatur, & sic Antiquissimi Astronomi in omnibus Planetis, Ptolemeus autem, & eiusdem Asseclæ in Sole tantum cõtingere existimarunt, nempè, vt tota irregularitas in oculum referenda esset, illi vero qui aliquam realem irregularitatem in ipsis supponere absurdum non putabant, vt ipse Ptolomeus per Æquantes in Planetis, dum circa alienum centrum ipsos regulari excogitauit, (hoc enim eosdẽ verè irregulares in suis eccentricis esse cogit) & postremis temporibus doctissimus Keplerus in eisdem syderibus, sed in circumferentia Elliptica reuolutis, tardius ad Aphlium, velocius ad Perihelium, & in locis intermedijs iuxta rationem distantiarum à Sole tardius, vel velocius incedentibus, in eadem sydera partem quoque causæ referebant; isti ergo motus, quatenus circa centrum Terræ ordinantur, cui vel ex apparentia, vel ex reali irregularitate non regulares existunt, vt datis temporibus de influxibus, qui ad Terram diriguntur propè vera pronuntiare possent, necessariò cum motibus medijs fuere connectendi, quinimò ex medijs


tam-

tamquam ex eorum veris fontibus deducendi; sed qua arte, quo ingenio, qua industria, soli sciuut, qui hæc pertractare solent, hinc enim Ephæmeridum structura pendet, vbi non alijs indigeremus Ephæmeridibus, si non alij darentur quam motus medij, atq; ijdem centro Terræ regulares pariter essent, sed quia id noluit Naturæ Parens, cogimur ex medijs motibus, veros, siue apparẽtes artificiosè colligere vt irregulare quodamodo regulare faciamus, hoc autẽ ꝑ ipsorũ motuũ ęquationes oẽs quotquot in hoc puluere desudarunt Astronomi fæliciter pręstiterunt, fiunt autem æquationes ipsæ duplicis generis, aliæ, quæ physicæ, alię, quæ opticæ vocari possunt; si ergo oculum constitueremus in centro circuli, per cuius circumferentiam moueretur tardius Planeta in vna parte, quam in alia, tũc oculus æquatione physica, indigeret, quæ esset differentia portionis motus regularis in dato tempore (eius nempè, qui fieret in integra reuolutione Planetæ, si circulum perficeret regulari incedens motu, eodem tempore, quo ipsum irregulariter circumgyrat) ab ipso motu irregulari in eodem tempore dato, idest talis æquatio physica esset differentia motus medij, licet ficti, à realiter irregulari; si verò, stante eodem motu, transferretur oculus extra centrũ, tunc etiamsi Planeta verè regulariter moueret, oculo tñ in tali situ cõstituto irregularis appareret, & alia æquatione indigeret, quę dicitur optica, & est differentia motus medij, siue ficti, siue quandoquè non, à vero, quem dicimus apparentem, æquationem ergo opticam solam adhibuit Ptolomęus in motu solis, sed in motibus cæterorũ Planetarũ, ob positionem Æquantis etiam Æquatione physica illi opus fuit, quam tandem Tycho, & Keplerus in theoriam solis pariter introduxerunt, huc ergo tendit totus labor ad compilandas Ephæmerides, idest ad eruendos ex motibus medijs motus veros, vel apparentes, quod solis medijs ęquationibus, quibus medij motus differunt à veris, haberi potest: Quanti ergo facienda erit Regula Trigonometrica, quæ generalissimè dictas Æquationes computare facilè nos doceat? facilè autem hoc præstat suprapositum Axioma, nec non Regula log. ca ex eo deducta, duabus antecedentis Cap. Regulis in æquatione

physica eruenda quandoque suffulta, vt nunc Exemplo manifestabimus.

Aliud Exemplum ex Astronomia.

SIt circuli dimidium, a c f, cuius centrum, h, oculus autem in, g, intelligatur autem Solem moueri regulariter per circumferentiam, a c f, apparebit ergo irregularis oculo, G, sit verò, g h, 3584. earum partium, quarum, h a, supponitur 100000. qualem eccentricitatem solis simplicem suppofuit in p. Progymnasmatum ipse Tycho, sumatur autem arcus quicumq; a b, G. 30 ad Apog. a, & iungantur, b h, b g, b h, medij, & b g, linea veri motus, cum ergo Sol distiterit ab Apogæo per G. 30. quærenda est differentia motus apparentis à medio, quam metitur angulus, b, quæ est æquatio optica in hoc situ, in Triangulo ergo, b h g, dătur duo latera, b h, h g, cum angulo, b h g, comprehenso, cum sit residuum ad duos rectos dati anguli, a h b, G. 30 igitur per Reg. huius capitis operădo inuenio angulum infra, vel supra dimidium anguli, a h b, idest



Aggregati. b h g, 103584. Co. Ar.		498471
Differentię 96416.	l.	498415
Dimid. a h b, G. 15.	Me.	942805
Dant. Me. ang. inf. vel sup. G. 14. 0. 16.		939691

supra

ſupra ſemiſumma angulorũ, b, g, (exterior enim, à h b, æquatur his duobus interioribus, & oppoſitis, b, g, ex 16. Primi Elem.) eſſe G. 14. 0. 16. quẽ ſi demamus ex dimidia a h b, 15, remanebit angulus, b, G, 0. 59. 44. ſicut Tycho p. Progym. pag. 30 ad inuenit. Sed experiamur an etiam in alio Calculo conueniamus, quem ſubdit, poſito Sole in, e, diſtante à Perigæo, f, per G. 30,

Aliud Exemplum ex eadem.

SIt Sol in, e, diſtans per G. 30. à Perigæo, f, vel per G. 150. ab Apogeo, a, dimidium eſt G. 75, operor ergo per Reg. vt in 2. calculo, & inuenio angulum in f. vel ſup. quem poſſumus vocare differentialem, eſſe G. 73. 56. 26. qui demptus ex dimidio anguli, a g e, G. 75. relinquit angulũ æquationis, h e g, G. 1. 3. 34. excedens inuentam à Tychone tantũ vno

3

Aggregati, b h g, 103584. Co. Ar.			498471
Differ.	96416.	l.	498415
Dimid. a g e. G.	75.	Meſ.	1057195
Dant. Me. ang. inf. vel ſup. G. 73. 56. 26.			1054081

Scr. ſec. nam facit eam G. 1. 3. 33. Vides autẽ ſemel inuentos Co. Ar. Aggregati, & log. mum differentiæ laterum, ſimul iungendo, & ſummam reſeruando, ad cæteras omnes æquationes habendas apprimè deſeruire, ſi tali ſummæ iunxeris dimidium dati arcus, vel anguli, quæ ſolet dici Anomalia circuli, in quo ſumitur; ideſt dimidium anomaliæ, ſumma enim tamquam Meſ. (dempta ſemper ſolita vnitate) dabit

tibi dictos angulos differentiales, quos si detraxeris ex datarum anomaliarum dimidijs, æquationes quæsitas vbique facillimè consequeris. Sic autem eliciuntur æquationes opticæ: ad æquationes autem physicas habendas, vt pote, quæ fiunt ratione Æquatis, vtemur Reg. 2. Cap. ant. vt si esset, i, centrum Æquantis, circa quod regulariter volueretur Planeta in suo Eccentrico, a c f, cuius centrum Terræ, g, ductaq; b i, daretur angulus, a i b motus medij, datus etiam esset, b i h, cum duobus lateribus, i h, radio Eccentrici, & , h i, dimidio eccentricitatis g i, quapropter ex Reg. 2. Cap. ant. haberemus angulum, i b h, æquationis physicæ, & pariter angulum, b h i, & consequenter angulum, b h g, cum duobus lateribus, b h, h g, ex quibus, vt supra colligitur angulus, h b g, æquationis opticæ, qui additus angulo, i b h, æquationis physicæ constituit integram æquationem, i b g, qua motus medius differt à vero in situ ipsius, b, & sic etiam operabimur in, e, ac in alijs sitibus.

Æquatio physica et optica

De alia Regula ad idem Problema soluendum.

IN præfata Regula manifestum est, quod, ad inueniendum dictum angulum differentialem, Co. Ar. aggregati, & log mo differenciæ laterum, nec non Mes. semisummæ angulorum ad basim indigemus veruntamen nonnihil difficilior euadit operatio, tum ob aggregationem, & subtractionem laterum efficiendam, tum etiam quia, si dicta latera in Tabula disposuerimus, vti fecit Keplerus in Rodulphinis, dum Planetarum à Sole interualla tabulauit, non tam prumptè possemus circa ipsa per supradictam Regulã operari, quam si per log-um, vel Co. Ar. vniuscuiusq; lateris id perficiamus, possent ergo, commoditatis gratia inuentis interuallis Planetarum à Sole ascribi non log-mi, sed Comp. Arithemetica, & distantijs Terræ à Sole,

Sole, ipsarum log-mi sic enim per infrascriptam Regulam operando facillimum esset angulos ad basim, inuenire, sic autẽ docuit Keplerus in Rodulphinis eruere ęquationẽ maximam per suos log-os, quos interuallis ascripsit, licet alias æquationes per repetitas Positiones falsas, inquirere maluerit, vt patet Præcep. 25. & 26. generaliter, specialiter autem Præcep. 94. & 95. ad Prostaphereses orbis inueniendas per datos commutationis angulos, ad quod vtitur sua Tabula Anguli, est autem Regula talis.

Alia Regula 3, ad idem Problema.


CO. Ar. lateris cuiusuis datorum, iunge semper log-mo reliqui, & fiet Mes. anguli, demendi semper ex G. 45. (reliquũ autem vocabimus angulum mysticum) huius verò, anguli mysticis Mes. iunge semper Mes. semisummæ angulorum ad basim, & habebis, dempta vnitate &c. Mes anguli differentialis, qui demptus à semisumma dat minorem, additus eidem, dat maiorem angulum.

Ratio Regulæ.

ASpice anteriorem proximam figuram, exhibeatur autem nobis Tr-lum, b h g, in quo ex datis, b h, h g, cum angulo intercepto, b h g, sit inueniendus angulus minor, h b g, centro igitur, h, interuallo, h b, describo semicirculum, a c f, & cætera construo, quę sunt in figura; quoniam ergo, vt summa duorum laterum, c h, h g, ad eorum differentiam, ita Tangens anguli semirecti, a h c, quę ęquatur Sinui Toto, ad Tangentem anguli differentialis in Tr lo, c h g, sed vt summa laterum, c h, h g, ad eorum differentiam, ita summa laterũ, b h, h g, prædictis æqualium ad eorum pariter differentiam, & ex hoc 3. Ax. ita Tangens semisummæ angulorum, h b g, h g b, ad Tang. anguli differentialis in Tr-lo, b h g ergo, vt tangens anguli semirecti, siue, vt S Totus, ad Tang. anguli differentialis Tr li, c h g, (quẽ vocamus mysticum, cum angulus datis lateribus comprehensus sit rectus) ita Tangens semisummæ angulorum, h b g, h g b, idest Tangens semianguli, a h b, ad Tangentem anguli differentialis Trianguli, b h g, & propterea, cum quatuor proportionalium summa log orum extremorum æquetur summæ

log-orum

log-orum mediorum, si iunxerimus Mes. inuenti anguli mystici, cum Mes. semisummę angulorum ad basim idest semianguli, a h b, & à summa auferemus log. Sin. Totius, idest si dememus à summa solitam vnitatem, fiet Mes. anguli differentialis in Tr-lo, b h g, quem si detraxerimus ex semiangulo, a h b, remanebit angulus minor, h b g, quæsitus, veluti additus eidem maiorem angulum pariter constituet. Ratio autem inueniendi anguli mystici pendet ex 7. primarum Regularum in Rectangulis; ex datis enim cruribus circa rectum, habentur oppositi anguli, si log-um vnius iunxeris cũ Comp. Ar. alterius, dabunt enim Mes. anguli, cuius addidisti log-um immo hic idem, vt log-us dab ęquationem maximam, etenim maxima est, si ducatur à puncto, g, ipsi, g h, perpendicularis, g d, iuncta, d h, in ipso puncto, d, vt ostenditur ex Almag. lib. 3. Cap. 3. & quia ex 6. primarum Reg. in Rectangulis inuenitur angulus, d, si Co. Ar. hypotenusæ, d h, iungamus log-mo cruris, h g, fit enim log-us eiusdem oppositi anguli, d, qui est æquatio maxima, & propterea dixi, candem summam Co. Ar. c h, siue, d h, cum log-mo, h g, tanquam log-um prębere ipsam æquationem maximam.



Annotatio circa Prostaphęreses Orbis.

QVoniam Astronomi hac Regula pręcipuè ad Prostaphęreses Orbis eliciendas indigebunt, propterea si vt supra diximus inuentis Planetarum à Sole interuallis in Tabula dispositis ascriberentur Co. Arithmetica, & distantijs Terrę à Sole ipsi log-mi, facili negotio præfatas ęquationes haberemus, etenim iuncto cuiusuis interualli Co. Ar. cum log-mo cuiusuis distantię, illico, si summa quęreretur tamquam log-us, haberetur æquatio maxima, si tãquam Mes. haberetur angulus, cuius

cuius residuum ad G. 45. esset angulus mysticus, communis omnibus orbis æquationibus inueniendis, ad datũ interuallũ, atq.distantiam, in quibus operationibus, veluti in Keplerianis, Regulis Cossicis non perturbamur, licet enim ad habendam proportionem interuallorum, & subinde æquationem maximã semper Cossice ipse subtrahat, hoc tamen, modo per additionẽ, modo per subtractionem vulgarem, exeuntis signo diligenter obseruato, perficiatur opus est, quæ quidem à nostris Regulis molestiæ procul absunt, Mes us autem inuenti anguli mystici ille est, qui iunctus cuiuslibet datæ semianomaliȩ orbis Mes. componit Mes. anguli differentialis in tali situ, qui demptus ex semianomalia dat minorẽ additus illi, dat maiorẽ ang-ũ, est aũt eadẽ operãdi rõ tã per viã Eccentrici, quã per viã Epicycli, quo nedum facilius habentur dictæ Prostaphæreses, sed rectius id consequi possumus, quod Ptol. Alphonsini, & pȩnè omnes Astronomi per scrupula proportionalia, semper à vero citra, vel vltra deuiantia quȩrere cõsueuerunt, vt in supplem. Ephæmeridum asserit Maginus; & cum eo D. Richardus Forsterus, cuius verba ibidem relata ab eodem Magino hic libet apponere, inquit autem (Examinaui doctissimi Erasmi Rheinoldi calculum in Marte aberrare per 16.2. à vero iuxta suam hypotesim per doctrinam Triangulorum in Parallaxi orbis: hanc tribuo differentiam operationi per scrupula proportionalia, & excessus, quæ nunquam ferè exactè fit &c.) huic ergo suppleuit Maginus egregiè per Tabulas æquationum Orbis, in quibus vtitur numero suo mystico ingeniosè ad hoc collecto, huic pariter sine alijs Tabulis, præterquam Planetarum, quorum interuallis à Sole sint ascripta Co. Arithmetica, distantijs autẽ Terræ à Sole ipsi log-mi, supplent ipsi eadem facilitate logarithmi, quod magni mehercle faciendum est, sed, ijsdem exemplis supra adductis hac etiam Regula absolutis, rem ad trutinã expendamus.

Exemplum.

DEtur in eadem ant. figura anomaliæ angulus, a h b, G. 30. vt superius (supposuimus, & b h, 100000. h g, autem 3584. earundem partium, & sit inuestiganda Æquatio maxima datorum laterum, & ea, quæ contingit ad, b, Co. Ar. ergo b h, addo log mo, h g, & summa si accipiatur tamquam log us, exhibet in Tabula Æquationem maximam

4

b h, 100000.	Co.Ar.	500000
h g, 3584.	l.	355437
Dant l. Æqu max. G. 2, 3. 14. Vel. Me. G. 2. 3. 9		855437
Dēp. G. 2. 3 9. ex G. 45. fit ãg. my. G. 42. 56 51. M.		996885
Semianom. a h b, G. 15.	Me.	942805
Dant. Me. ang. Differentialis G. 14. 0. 16.		939690

5

Anguli mystici G. 42. 56. 51.	Mes.	996885
Semianomaliæ G 75.	Mes.	1057195
Dant Me. ang. Differentialis G. 73. 56. 26.		1054080

G. 2. 3. 14. qualem inuenit Tycho p. Progymnas. Cap. 1. pro ipso Sole; si vero dicta summa accipiatur tamquam Mes. prebet in Tabula, in columna Mes angulũ G. 2, 3 9. quem si dempseris ex G. 45. remanebit Angulus mysticus G. 42. 56. 51. cuius Mes. addo Mes. semianomaliæ G: 15. & fit summa Mes. anguli differentialis, G. 14. 0. 16. quem si dēpseris ex semian. G. 15. remanebit æquatio G. 0. 59. 44.

vt

vt à nobis supra, & à Tychone ibidem adinuenta, quæ omnia videre licet in 4.Calculi forma.

Aliud Exemplum

ACcipiamus in alto situ Solem, in, b, ad G.150. ab Apog. a, vt supra, quærimus ibidem æquationem orbis, iunge ergo vt in 5.Calculo, Mes. anguli mystici, Mes. semianomaliæ G.75. & fiet Me. anguli differentialis G.73.56.26. quem subtraho ex Semianomalia G.75. remanet æquatio ad situ, e, G.1.3.34. prout à nobis, & à Tychone loco supracitato inuenta fuit, igitur hæc secunda Regula primæ ad vnguem concordat, faciliorique via nos ad exactam calculi veritatem perducit.

Aliud Exemplum ex Rodulphinis.

IN genesi Rodulphi dantur interualla ex. g. Saturni à Sole 971197. & Terræ à Sole 500680. cum Anomalia com-

5

Inter. Saturni à Sole 971197 Co. Ar.	401273	
Distantiæ Terrę à Sole 101546.I.	500680	
Dãt.mes ãg.G.5.58.17.Resid.ad 45.G.39.1.43.	901953	Diff.
Residui, idest ang.mystici G.39.1.43.Me.	990863	26
Iunctus semianomalię G 77.54.36. Me.	1066881	63
Fragmenta partis proportionalis	14	3
	34	3
	6	0
	1	8
Dat Mes.ang.G 75.11.54. Differentialis	1057800	
Qui ablatus ex semian.dat Æquat.G.2.42.42.		

mutationis G.1 5 5.4 9.13. ex his ergo, vt patet in forma calculi, addito Co. Ar. interualli Saturni à Sole, log-mo distantiæ Solis à Terra, fit Mes. anguli, qui demptus ex G.4 5. relinquit ang. mysticum, cuius Mes. additus Mes. semianomaliæ G.77.54.36. facit Mes. anguli differentialis G.7 5. 11. 54. qui demptus ex Semianomalia, relinquit Æquationem orbis, siue angulum minorem, G.2.42.42. quem Keplerus per suas Positiones inuenit esse G.2.42.40.

Annotatio circa Kepleri Anomalias.


KEplerus tres anomalias ponit, nempè anomaliam mediam, quæ est ipsum tempus, vel circuli circumferentia regulariter decursa, vel spatium ipsius circuli in portiones æquales diuisum, correspondentes tam motus, quam temporis partibus æqualibus; diuisione facta a puncto extra centrum circuli constituto, vt ex. g. apud ipsum in superiori figura anomalia media esset, (Planeta in, b, puncto suæ orbitæ cõstituto,) portio, a g b, anomalia verò eccentrici numeratur in circumferentia eiusdẽ orbitæ circularis, aut angulo ad centrum subtẽso vel in plano eiusdem, ductis lineis à centro, h, ad Aphelium, a, & ad Planetã, b, vt h a, h b, estque in hoc situ, arcus, a b, vel angulus, a h b, vel sector, a h b, qui demptus ex anomalia media, a g b, relinquit æquationem physicam Triangulum, b h g, anomalia autẽ coæquata, pro Sole est angulus, a g b, ad Terram, g, vel, pro cæteris Planetis quinque, est angulus ad Solem, g, Vidit quidem solertissimus Keplerus, quod ex anomalia media data, ac in Tabula ad singulos arcus æquales disposita alias inuenire, ac tabulare conuenientissimum fuisset, sed cum hoc geometricè difficillimè perfici posse animaduerteret, vt admonet in Epit. Astron. Coper. ideò in Tabulis Rodulphinis extendit Anomaliam Eccẽtrici ad singulos gradus, ex qua, inuenta æquatione physica, colligit Anomaliam mediam; quæ tamen Anomaliæ mediæ per æquale incrementum minime procedunt, vt

opus

opus esset, propterea quod mihi in mentem venit circa hoc nō reticebo, non quod geometricè hunc soluere nodum mihi persuadeam, sed quod existimē ꝑ suprapositam Regulam, saltem proximè, & adhibita lima, propinquissimè ex data anomalia media, anomaliam Eccentrici, & ęquationem physicam nos habere posse, vt nunc patebit in Exemplo.

Aliud Exemplum ad inueniendam proximè ex data Anomalia media, Anomaliam Eccentrici, & Æquationemm physicam.

SIT ergo Semiorbita Planeta, a o p, quam circularem, licet Keplerus Ellipticam, supponemus, in cuius ambitu reuoluatur ex. g. Stella Martis, & sit in puncto eiusdem, quod tamen ignoremus, sciamus autem tempus elapsum ab Aphelio, idest anomaliam mediam, quæ sit G. 64. 35. 50. qualium integrum tempus periodicum supponitur 360. Et sit inuenienda Anomalia Eccentrici, cum æquatione physica, sit vero, c, circuli centrum. s, ipse Sol, eccentricitas, c s, linea Aphelis, a, & Perihelij, p, ipsa, p a, captus autem sit arcus, a n, datorum Graduum temporis, nempè G. 64. 35. 50. qualium igitur, c n, semidiameter est 100000. talium, c s, ex Rodulphinis, est 9265. dantur ergo in Tr-lo, n c s, (iuncta, n s,) duo latera, m c, c s, cum angulo, m c s, ergo per Regulam huius Cap. siue primam, siue



siue 2. quaeremus, vt in forma 6. Calculi, angulum, n, quem dico esse proximè aequationem physicam inuenitur enim G. 4. 36. 7. cui proxima est aequatio Kepleri, nempe G. 4. 35. 50.

6

O C. 100000	Co. Ar.	50000000
C S. 9265	log.	39668454
Dant Mes. ang. O,	G. 5. 17. 36	89668454
Hũc demo ex g. 45. & fit ãg. my. g. 39. 42. 24. M.		99192939
Semianomalię	G. 32. 17. 55. M.	98008131
Dãt Mes. ang. Diff. in Tr-lo, n c s, G. 27. 41. 48		97101070
Demo ipsũ ex Semiano. restat, m n, G. 4. 36. 7.		

Ratio supradictorum.

DAtur, a n, arcus, siue sector, a n c, anomalia media G. 64. 35. 50. cum ergo ex positione Kepleri mora Planetæ in arcubus decursis augeatur, vel minuatur iuxta rationem distantiarum, quas habet à Sole, s, ideo per ipsum, mensura moræ exempli gratię in arcu, a n, est summa ductarum à puncto, s, linearum ad puncta arcus, a n, idest per ipsum est summa totius plani, a s n, si ducatur, s n, (licet in hac æquipollentia sit non parua difficultas, quod sic se habeat) propterea cum datur anomalia media, a n c, ducenda est à puncto, s, recta ex g. s m, quę cum, s a, comprehendat spatium, m s a, æquale spatio, n c a, (hoc autẽ est, q̃d ab aliquo Geometra flagitat Keplerus in Cõ. de Stella Martis, ad finẽ Cap. 60. q̃d etsi Geometricè nec ipse soluere presupponã, attñ Arith. prout ad ipsorũ Planetarum calculos spectat, sufficiẽter existimo perfici posse) hoc aũt sic per delineationem absoluo ducatur à, c, recta, c m, parallela ipsi, s n, & iungatur, s m, dico spatiũ, m s a, æquari proximè sectori, n c a, & facta illi additione spatioli, s u m, vt infra inueniendi, spatium, a s u, ęquari propinquissimè sectori, n c a, cũ enim (iuncta, n m.) Tr-la, n m c, m c s, sint in eadem basi, m c, & in eisdem paralle-

lis,

lis,n s,m c,erunt ipsa inter se æqualia , & addito communi spatio sectore,a m c,fit portio,a m s,ęqualis sectori,a c m,cũ Tr-lo, c m n,ergo portio,s m a,deficit à sectore,n c a, quãtitate areolę, n u m,hanc, quoniam, dum eccentricitas parua est , negligere possumus,ideò quia arcus,a n, vt etiam angulus, a c n, est anomalia media,dixi,ex datis lateribus,n c,c s,& angulo,n c s,residuo anomaliæ mediæ,inueniendum esse angulum,n,qui ęquatur ang-o,n c m,ex quo hr̃ arcus, n m, æquatio physica , quia, m a,est anomalia eccentrici , sic ergo proximè , & facile habemus quod quærimus . Verum si erroris dubitatio animum subeat , velimusque ad veritatem propius accedere , inuenta æquatio sic limanda erit; Quadrabis areolam,n u m, quod facies multiplicando Sinum secundum inuenti arcus , n m, quo abutebamur pro ęquatione physica legitima,in Sinũ primum, & factum subtrahendo ex eo , quod fit ex ductu radij in dimidium arcus,m n,ad partes Sinus Totius reductum, sic enim remanebit areola,n u m,deinde, vt se habet area circuli , nempè 31415926536. ad inuentam areolam sic facies 360. ad quartum , vt ad arcum,m u, sic autem erit etiam totus circulus ad sectorem,u m c,ducta,u c,&,u s, si ergo sectore,u c m , abuteremur,ac si esset æqualis spatio,u m s,tunc spatio,m s a, limando additum esset spatium, u m s, ęquale areolæ, n u m, sed quia in hoc situ maius est Tr-lum,u m s, Tr lo,u c m, ideò si quantum excedit,u m s, ipsum, u m c, tantum detraheretur de basi, u m, maioris Tr-li, tunc inuentum esset punctum diuidens annomaliam Eccentrici ab æquatione physica vero propinquissimum,nihil enim interest si tam paruũ arcum, vt est,u m, vsurpauerimus,ac si recta linea esset ; hoc autem habebimus,si fiat, vt Sinus Totus ad differentiam Sinuum arcuum, a u,a m, ita Tr-lum maximum ęquatorium,o c s,quod est, 19110. Secunda , ad quartum , exibit enim quantitas detrahenda ex basi, u m,vt habeatur arculus rectificatus , qui adiunctus inuentæ anomaliæ eccentrici,a m, constituet propinquissimam anomaliam eccentrici , qua dempta ex anomalia media, data remanebit propinquissima ęquatio physica . Ratio autem postremæ huius operationis est,quia differẽtia Trilineorum, s u m,c u m,

æqua-

æquatur,dempto cõi ſpatio,u i m & rurſus addito cõi ſpatio, ſi c,differẽtiæ Tr-lorũ,u c ſ,m c ſ,& quia Tr-lũ,o c ſ,ad Tr-lũ, u c s, eſt,vt Sin.Totus,o c,ad Si.arcus,u a, & ad Tr-lum, ſ m c, vt idem S.To.ad Sinum,a m,propterea idem Tr lum, o c ſ, ad differentiam Tr-lorum,u c ſ,u c m, ideſt ad differentiam Trilineorum,u ſ m,u c m,eſt vt Si. To.ad differentiã Sinum, u a,a m, verum,o c ſ,habetur in Gradibus,tamquam ſi transformaretur in circuli ſectorem, ergo ex hoc inuenimus ſectorem exprimẽtem exceſſum Trilinei, u ſ m, ſuper Trilineum,u c m, (vbi vero minus eſſet,modo contrario operaremur,minus autem erit Trilineum,u ſ m,Trilineo, u c m, citra punctum,o, ideſt , cum,m, fuerit in,o,vel citra,o, contrarium verò accidet ab,o,in,a,) vt vero Tr-lum,o c ſ, ad dictum ſectorem , ita eius baſis G.5.18. 30.ad Gradus arcus demendi ex,u m, vt reliquum ipſius,u m, additum ipſi, m a, conſtituat anomaliam Eccentrici vero propinquiſſimam , cuius reſiduum ad,a n, erit propè correctiſſima ęquatio phyſica.

Sit ergo in ſuperiori Exemplo æquatio phyſica nempè arcus, n m,inuenta G.4.36.7.corrigenda,prius igitur quadro ſic areolam,n u m, etenim , vt ſe habent G.360. ad G.4 36 7. ſic area circuli , quæ eſt proximè 314 5926536. prout etiam vſurpatur à Keplero , ad ſectorem, n c m, 40 1595412. deinde duco Sinum primum dimidij inuenti arcus,n m,nempè 4014. 875. in Sinum eiuſdem ſecundũ 99919.372. & factũ 401 163789. demo ex ſectore,& reſtat areola,n u m,431623. ad quam area circuli eſt,vt G. 360. ad Sec. 17. Tert 48. hic ergo erit ſector, u m c,vel arcus,u m; Inſuper,vt Sinus Totus ad differentiam Sinuum,u a,G.60.0.0.48.&,m a, G.59.59.43. quę eſt 4148. iuxta Sinum Totum 100000000. ita Triangulum maximum æquatorium,o c ſ,quod eſt 463250000. vel qualium totus circulus G.360 talium G.5. 18.30. ad Tertia 48. quæ ſunt demenda ex inuento arcu,m u,Sec.17.Ter.48. & remanent , correctiſſimè Sec. 17.hæc ergo aufer ex,m n,G.4 36.7.reſtat,n u, ęquatio phyſica G.4. 35.50 vnde, a u, anomalia Eccentrici eſt G.60.ſic etiam Triangulum,u c ſ,eſt G.4.35.50.& ſector,u c a, G.60.quod cum Keplero ad vnguem concordat.

Cap. V.

De Planorum Triangulorum Axiomate quarto, ac Regula log ca ab eodem emanante.


DEuenimus tandem ad Axioma quartum Planorum, quod quidem respicit ipsius dati Trianguli tria latera, cum data sunt, non ponitur autem Axioma cum dantur tres anguli, quia ex illis non possumus habere nisi proportionem laterum, quam Regulæ aureæ auxilio licet in quamuis aliam commutare, vtendo, si libuerit, ipsis log-mis, est autem Axioma tale.

Axioma 4. Planorum.

VT latus maximum ad summam reliquorum, ita differentia reliquorũ est, ad segmentum lateris maximi, quo dempto, in relicti dimidium perpendiculum cadit.

Ratio Axiomatis.

DEtur Triangulum quodcumq; a b d, habens latus maximum, vt, b d, centro autẽ, a interuallo minori laterũ, b a, (si essent æqualia, alterutro eorum) describatur circul⁹, p b c, secãs, b d, in, c, &, a d, in, i, rursus producatur maius latus, d a, versus, a, ad circumferentiam, vt in, e, & ab, a, cadat super, b d, in, u, perpendiculum, a u, quoniam ergo à puncto, d, extra circulum cadunt duę rectę, d e, d b, in ipsum circulum, eundem secantes, ideo rectangulum sub, b d, d c, rectangulo sub, e d, d i, æquale erit, vt colligitur ex 36. Tertij Elem. ergo ex 16. Sexti Elem. vt se habet, b d, latus maximum, a d, d e, siue ad summam, b a, a d, ita, i d, differentia duorum laterum, b a, a d, se habebit ad, c d, segmentum maximi lateris, b d, quo dempto remanet, c b,



in cuius medium cadit perpendiculum, a u, patet ergo veritas Axiomatis: Est autem adnotandum quod si duo latera, b a, a d, essent æqualia, nihilominus verificaretur axioma, tunc enim nulla esset differentia laterum, & nullum esset tale segmentum, sed in dimidium ipsius maximi lateris caderet perpendiculũ, vt in Æquicruri contingere equum est, dum cadit super basim.

Corollarium.

HInc patet, & ex Reg. gen Co. Ar. dati lateris maximi, cum log-mis summæ, & differentiæ datorum laterum, componere log-um dicti segmenti.

Problema. & Regula log-ca ex dicto Axiomate pendens.

Si quaramus.	
4 Ex tribus lateribus, angulos ipsos.	Co. Ar. lateris maximi, cum log-mis summę, & differentię laterum dabit log-ũ segmenti lateris maximi, quod iunge dimidio residui, & totius log-us, cum Co. A. lateris dicto segmento conterminantis, dabit log-um 2. anguli ab eisdem intercepti, quod est operari iuxta Reg. 6. primarum in Rectangulis, ex quo reliquos habebis per Reg. 3. Obliquangulorum.

Hic pariter solita vnitas auferenda erit in prima Co. Ar. additione, non autem in secunda.

Ratio Regula.

PAtet ex Corollario modus inueniendi segmentum, c d, iungimus deinde ipsum dimidio residui, c b, nempè ipsi, c u, & fit notum, d u, & ideo ex Reg. 6. primarũ in Rectangulis inuenimus

inuenimus angulum, d, quo inuēto possumus deinde per Reg. 3. Obliquangulorum reliqua notificare.

Exemplum ex Astronomia.

Dentur trium Planetarum inter se nempè Saturni, a, Iouis, b, & Martis, d, singula interualla, volumus angulos, qui in ipsorum centris fiunt inuestigare; Si enim ad inuicem augerent, & eorum vires modificarentur iuxta rationem angulorum in ipsorum centris, cuiusuis nempe ad duos reliquos, existentium, forte non inutile esset Astrologis, hos etiam angulos rimari, & ex ijsdem virium modificationes existimantes, experiri, an ex hoc Terræ influxus alterentur, quod mihi non improbabile videtur, licet hucusq; non nisi ad centrum Terræ aspectus admittere voluerint, verum cum ipsi ratione Sexus, collocationis in proprijs orbibus, velocitatis, & tarditatis, ratione domus, exaltationis, vel detrimenti, triplicitatis, terminorum, Almugeæ, Aspectus in Zodiaco, & secundum Maginum, etiam in Æquatore, eorundem vires expendere soleant, videant etiam an ex. g. quadratum Saturni, & Martis ad Iouem, ipsius Iouis ad Terram actionem adiuuet, vel infirmet, an coniuncti, vel oppositi ipsi Ioui, siue quouis alio aspectu configurati, ipsius Iouis in nos fulmina obtundere, vel acuere posint. Sit ergo, a b, interuallum Saturni à Ioue 1843. a d, Saturni à Marte 2579. & b d, Iouis à Marte 1158. ex his ergo quærimus angulos, operor igitur iuxta Regulam, vt in forma 1. Calculi, & inuenio angulum, d, G. 27. 39 angulum, a, obtusum G. 1 1. 51 & angulum b, G 40. 30. Vnde autem sciam angulum, a, obtusum esse, sic ostendo, si, a d, esset media pro-

portionalis inter, b d, d u, angulus, a, esset rectus, si, a d, minor dicta media, obtusus, & si eadem maior acutus, vnde in log-mis, si summa log-orum, b d, d u, bisecata sit aequalis log-mo, a d, rectus est, si maior obtusus, vt nunc inueni, & si minor, acutus erit.

B D. lateris maximi.	3686.	Co.Ar.	643344
B A D summæ laterum.	4422.	log.	364562
I D. Differ. eorundem.	736.	log.	286688
Dant. log. C D, segmenti.	882.96.		294594
Summæ, V C, C D, cruris.	2284.48.	log.	335879
A D, Hypotenusæ.	2579.	Co.Ar.	658855
Dant log. secundum anguli, D, G. 27.39.			994734
Cuius		log. 1	966658
Cum, B D,	3686.	log.	356656
Et, B A,	1843.	Co.Ar.	673447
Dat, per Reg. 3. 1 anguli, a, obtusi G. 111.51			996761
Vnde angulus, b, est		G. 40.30	

Annotatio.

HAbes ex suprapoſita Regula, quod etiamſi non eſſent data ipſa latera, ſed tantum proportio eorundem, quod eodẽ modo angulos poſſes obtinere, poſito enim, b d, cuiuslibet quantitatis, ſiue numeri, ex eo deducere potes reliquorum laterum quantitates in eadem menſura, & poſtmodum per ſuprapoſitam Reg. 4. operari.

Cap.

Cap. VI.

De quibusdam Obliquangulorum extraordinarijs Regulis, quas eorum secundas appellabimus, veluti superiores primas.

POteram hic quidem Trigonometriæ Planorum terminum præfigere, vt ad Sphęrica me conferem, verum antequam hinc pedem deducam, nonnullas mihi visum est circa Obliquangula Regulas subiungere, quę licet Astronomo haud necessariæ sint, cum tamen non ad solos Astronomos, sed ad eos etiam, qui totius Mathesis Encyclopædiam callere solent, hic liber peruenire possit, in eorum gratiam hæc subiũgimus; nũc ergo ad ipsas Regulas accedamus.

Problemata, & Regulæ 12. Extraordinaria pro Obliquangulis.

	Si quæramus.	*Regula log-ca talis erit.*
1	Ex datis tribus Trianguli lateribus ipsam Aream.	Log-us semiperimetri, cum log-mis singulorum residuorũ, dẽpto vnoquoq; latere ex semiperimetro, dabit duplicatum log-um Areę.
2	Ex ijsdem datis, quãuis triũ altitudinum.	Inuẽto per primã Areę log-mo, & ei addito Co. Ar. dimidij lateris altitudinẽ quæsitã sustinentis, ipsius altitudinis fiet log-us.
3	Ex ijsdem radium inscripti circuli.	Inuento ex datis Areæ log-mo, & ei addito Co. Ar. semiperimetri, fiet Radij quæsitus log-us.
4	Ex ijsdem, radium circumscripti.	Inuentæ, vt supra, altitudinis Co. Ar. Iunge log-mis laterum altitudinem contingentium, & fiet log-us diametri circumscripti Circuli.

5 Ex data Perimetro, & angulis, ipsa latera, ex quibus reliqua habebis.	Co. Ar. log-mi summę sinuum trium ãgulorum, cũ log-mo vnius anguli, ac log-mo perimetri, dabit log-um lateris dicto angulo oppositi, quo pacto reliquos ẽt obtinebis.
6 Ex data Perimetro, & area, radium inscripti circuli.	Co. Ar. semiperimetri, cũ log. Areæ, dabit log-um Radij.
7 Ex data base summa laterũ, & altitudine, ipsa latera.	Co. Ar. summæ log-orum semiperimetri, ac differentię basis ab eo, iunge duplo summæ log. semibasis, & altitudinis, & (dẽptis duab. vnitatib. &c.) cum facta summa quæsitum numerum deme ex quadrato semibasis, & relicti semilog. dabit differentiam infra, vel supra semibasim, ex quo duo latera habebis dicti Rectanguli, quæ dempta ex semiperimetro dabũt quęsita latera.
8 Ex data base, differentia laterum, & altitudine, ipsa latera. Si daretur autem vice altitudinis ipsa area, scimus quod cum detur basis, dimidij eiusdem log-us dẽptus ex log-mo areę, vel Co. Ar. eiusdem additus log-mo areę (dẽpta vnitate &c.) daret log-um ipsius altitudinis, vtroque ergo modo quæstio proponi potest.	Rectangulum sub differentia semibasis, & semidiff. datæ & sub reliquo ad dictam basim, iunge quadrato altitudinis, & totius semilog-us, cũ log-mo semidifferentię datę, & cum Co. Ar. semilog-mi dicti Rectanguli dabit log-ũ numeri, ex quo deme, & adde semibasim & factorum quadrata sigillatim iuncta quadrato altitudinis dabũt quęsitorum laterũ quadrata, quorum log-mi dimidiati dabant quæsita latera.

9	Ex datis basis segmentis factis à linea bisecante angulum verticalem, & summa laterum, eadem latera.	Co.Ar. basis, cum log-mo datę summæ, & log-mo alterutrius segmentorum, dabit log-mum lateris segmento conterminantis.
10	Ex duobus Casibus, & aggregato, vel differentia laterum, ipsa latera.	Co. Ar. summæ laterum datæ, cum log-mis aggregati, & differentiæ Casuum, dabit log-um differentiæ: Vel Co. Ar. differentiæ laterum datæ, cum ijsdem log-mis exhibebit ipsum log. quęsitæ sūmę, ex quo latera habebis.
11	Ex basi, & angulo opposito, cum aggregato laterū, angulos, & latera.	Co. Ar. basis, cum log-mo aggregati laterum, & log-o dati semianguli, dabit log. anguli, cuius cum dato semiangulo summa dempta ex 180. relinquet alterum ignotorū angulorum, ex quibus latera per Reg. 1. primarum in Obliq. habere poteris.
12	Ex data area, & Rectangulo sub lateribus, nec non specie anguli ab ijsdem comprehensi eundem angulum.	Co. Ar. Rectanguli sub lateribus, cum log o areæ duplicatæ, dabit log um quæsiti anguli. Hic autem non demitur vnitas &c.

In omnibus demetur solita vnitas, quotiescumque additur Co. Ar. nisi vbi aliter præcipitur.

Ratio primæ Regulæ.

OStenditur à Geometris, quod si à dimidio collectorum laterum cuiuscumque Tri li latera singillatim subducātur, quod latus continuè facti, à dimidio, & reliquis est area Trianguli; Vel, iuxta Ludolphum à Ceulen de Circulo, & Adscriptis Probl. 35. quod, vt rectangulum sub semiperimetro, &

Snellii est adnotatio in gratiam Rami facta circa Ludolphi ex Belgica lingua Latinā versionem

qua-


qualibet factarum differentiarum ad aream Triaguli , ita area Trianguli ad rectangulum ſub reliquis differentijs compreheñ-ſum , vnde cum trium proportionalium log-mi extremorum æquentur duplo medij ex dictis p.p. Cap.7. ad Propr.5. ideo log-us ſemiperimetri , cum log-mo cuiuſuis differentiæ , ideſt log-us rectanguli ſub ipſis,(etenim ex p. p. Cap.7. logarithmus Rectanguli , ſiue alicuius facti, æquatur log-mis laterum ; ſiue facientium) vna cum log-mis reliquarum differentiarum, ideſt cum log-mo alterius rectanguli , dabit duplicatum log-um ipſius areę: Demonſtrationem non reticebo cum pulchra ſit, eſt autem talis.

Demonſtratio.

SIt Triangulum quodcumq; b a c, in quo ſit, o, inſcriptibilis eidem circuli centrum, à quo cadunt in contactus, o f, o e, o d, q̃ ideo & perpendiculares lateribus, a b, b c, c a, & inter ſe æquales erunt, iungatur inſuper, a o, c o, b o, quæ angulos, a quibus ducuntur, bifariam diuident, vt patet Quarto Elem. Prop.4. inſuper productis, b a, b c, indefinitè verſus, a c, diuidantur etiam bifariam anguli, g a c, h c a, per rectas, a k, c k, in, k, cuncurrentes (concurrent autem , quia anguli, k a c, k c a, ſunt minores duobus rectis, cum eorum dupli, g a c, h c a , ſint minores quatuor rectis) inſuper cadant à puncto, k, perpendiculares, k g, ipſi, g b, k i, ipſi, a c, &, k h, ipſi, h b & iungatur, k o, Quoniam ergo, k a c, c a o, ſunt dimidia angulorum, g a c, c a b, ideò rectũ conficient, cum illi ſint æquales duobus rectis, rectus ergo, eſt, k a o, eadem ratione oſtendemus rectum eſſe, k c o, cum ergo quadrilateri, a o c k, oppoſiti anguli duobus rectis adęquentur, ideò erit circulo inſcriptibile, vnde angulus, k a c, erit æqualis angulo, k, o c, cum verò externus angulus, g a c, ſit æqualis duobus internis, & oppoſitis, a b c, a c b, dimidium dimidijs pariter æquale erit, nempè angulus, k a c, ang. o b c, o c b, æqualis erit, ſed ang. k a c, oſtenſus fuit æqualis ang. k o c, ergo ang. k o c, æqualis erit angulis, o b c, o c b, addito cõi angulo, b o c, fient anguli, k o c, b o c, æquales angulis tribus Trianguli, o b c, hoc eſt ęquales duobus rectis, ergo per 14. Primi Elem. k o, o b, ſibi indirectum erunt; Vlterius quoniã in Triãgulis, a g k, a i k,

anguli,

anguli,a g k,a i k,sunt ęquales,quia recti sunt,& anguli,g a k, k a i,pariter ęquales,& latus,a k,commune,ideò per 26. Primi Elem. g a,a i,inter se,nec non,g k,k i,inter se æquales erunt, sic autem probabimus,i c,ipsi,c h,&,i k,ipsi,k h,æqualem esse, vnde,g k,ipsi,k h,pariter ęqualis erit,& duæ rectæ,b g,b h,perimetro Trianguli,b a c,æquales erunt, sed & inter se,b g,b h, æquales esse sic ostendetur,etenim in duobus Triangulis,b g k,b k h, latus,g k,est æquale lateri,k h,vnde quadratum,g k,æquatur quadrato,k h, quia vero recti sunt anguli, b g k,b h k,quadratum,b k, æquabitur quadratis,b g,g k,per 47. Prim. Elem. sed etiam æquabitur quadratis,b h,h k,ergo quadrata,b g,g k,æquabuntur quadratis, b h,h k,cum verò quadrata,g k, k h sint ęqualia, etiam quadrata, g b,b h,erunt ęqualia,necnon ipsę, g b,b h,æquales; Insuper cum,o a k,angulus rectus sit reliqui, g a k,f a o,recto æquales erunt,sunt aũt recto ęquales ẽt anguli, f a o,f o a,ergo ang g a k,f a o,ang. f a o,f o a,æquales erunt,& dẽpto cõi,f a o,angulus,g a k,angulo,f o a,ęqualis erit,sed &, o f a,ipsi,a g k,quia recti sunt ergo Triangula,f a o,a g k,similia erunt,vnde,vt,k g,ad,g a,sic erit,a f,ad,f o,vnde rectangulum sub extremis,g k,f o,æquabitur rectangulo sub medijs, g a,a f,quia verò,vt,f b,ad,b g,sic f o ad,g k,ideò,vt rectangulum,f b g,ad rectangulum,sub,b g,f o,sic erit rectangulum sub, b g f o,ad rectangulum sub,f o,g k, (etenim rectangulum sub, f b g,ad rectangulum,sub,b g,f o,habet rationem eandem,quã eorum altitudines,nempè,quam habet,b f,ad,f o,vel,b g,ad, g k,vel,sumpta communi altitudine,f o,quam habet rectangulum sub,b g,f o,ad rectangulum sub,f o,g k,) vel ad ipsi æquale rectangulum sub,f a,a g,est autem,b g,semiperimeter,b f, differentia,a c,à semiperimetro,f a,differentia,b c,à semiperimetro,&,a g,differentia,b a,ab eodem semiperimetro,ergo



oſtenſum eſt rectangulum ſub ſemiperimetro, b g, & vna differentiarum à ſemiperimetro, nempè, b f, ad rectangulum ſub, o f, radio inſcripti circuli, & ſemiperimetro Trianguli, ideſt ad aream Trianguli, b a c, eſſe, vt eadem area ad rectangulum ſub reliquis differentijs, f a, a g; Quod ſi velimus probare rectangulum ſub ſemiperimetro Trianguli, & ſub differentia, f a, ad areã Trianguli eſſe, vt ipſa area ad rectangulum ſub reliquis differentijs, g a, f b, producentur latera, a b, a c, verſus, b c, & eodem modo fiet demonſtratio; quod ſi tãdem probandum ſit, vt rectangulum ſub ſemiperimetro, & differentia, g a, vel, c d, ad aream Trianguli, ſic eſſe eandem aream ad rectangulum ſub reliquis differentijs, a f, f b, producemus latera, c a, c b, verſus, a b, & ſimiliter fiet demonſtratio, quod autem, b f, f a, a g, ſint differentię laterum à ſemiperimetro, manifeſtũ eſt, cum enim, a f, æquet ipſi, a d, f b, ipſi, b e, &, d c, ipſi, c e, ideò g a, vt etiam, d c, vel, c e, eſt exceſſus ſemiperimetri ſuper latus, b a, ſimiliter, a f, eſt exceſſus ſemiperimetri ſuper latus, b c, &, f b, exceſſus eiuſdem ſemiperimetri ſuper latus, a c, igitur vniuerſaliter ſupradicta Ludolphi propoſitio verificatur, longiores autem fuimus in eadem explicanda, vt illius pulchritudo vel a mediocribus Geometris etiam percipi poſſit.

Ratio ſecunda.

CVm area Trianguli habeatur, ducta altitudine in dimidiam baſim, ideo, inuenta area per primam Regulam, ſi log-us ſemibaſis ſuſtinentis altitudinem quęſitam tollatur ex log-mo areæ inuento, ideſt ſi vice huius addatur illi Co. Ar. (dempta vnitate ſolita &c.) fiet log-us quæſitæ altitudinis.

Ratio tertia.

ASpice ſchema Rationis decimæ Regulæ Secundarum in Rectangulis Cap. 2. in eo enim patere poteſt, etiam pro Obliquangulis aream ex.g. Trianguli, a b c, qualecumque ſit, haberi ex ductu cuiuſuis perpendicularium, o f, o d, o e, cũ ſint æquales, ideſt ex ductu radij inſcripti Circuli in dimidium, a c, c b, &, b a, ideſt in dimidium perimetri, vnde cum habeatur per


pri-

90

primam Reg areæ log-us, si ex eo auferatur log-us semiperimetri, ideſt ſi addatur Co-Ar. ſemiperimetri log-mo areæ (dempta vnitate &c.) remanere debet log-us radij inſcripti circuli.

Ratio quarta.

SIt Triangulum, p i b, cui ſit circumſcriptus circulus, a i b, cuius diameter, a b, à puncto autẽ, p, ducatur perpendicularis ipſi, b i, continuatæ ſi opus ſit, cui incidat in, o, & iungatur, p a, quoniam ergo anguli, p i b, p a b, oppoſiti quadrilateri, i p a b, circulo inſcripti æquãtur duobus rectis, ex 22. Tertij Elem. ideo ipſi, o i p, p i b, erunt æquales, & dempto communi angulo, p i b, anguli, b a p, p i o, remanebunt æquales, ſed etiam anguli, a p b, p o b, ſunt æquales, quia recti ſunt, & ideo ſimilia erunt Tr-la ipſa, p o i, a p b, ergo, vt, o p, ad, p i, ita erit, p b, ad, b a, & ideo ex Reg. generali 6. Co. Ar. perpendicularis, p o; cum log-mis, p i, &, p b, laterum dabit log-um diametri, a b, circuli circumſcripti, vt Regula 4. docet.



Ratio quintæ.


EX 2. Axiomate Sinus ang rũ ipſis lateribus ſunt oppoſitis proportionales, & ideò collectis antecedentib. (cuius modi veritas elicitur ex 24. Quinti Elem.) vt ſumma Sinuum trium angulorum ad ſinum propoſiti anguli, ita ſumma laterum ad latus dicto angulo oppoſitum, & ideò ex Reg 6. gener. Co. Ar. ſummę trium ſinuum, cum log-mis ſummæ laterũ, & log propoſiti anguli, dabit log-um lateris propoſito angulo oppoſiti. Sic autem etiam, datis duobus angulis, & ſumma laterum eiſdem oppoſitorum, poſſemus ipſa latera manifeſtare, patet ergo veritas Reg quintæ.

Ratio sexta.

QVia, vt dictum est ad rationem tertiam, area Trianguli habetur ex ductu radij inscripti circuli in semiperimetrum, ideò horum log-mi dant log-um areæ, vnde si ex log-mo areæ tollatur log-us semiperimetri, idest, si addatur log-mo areæ Co.Ar.semiperimetri (dempta &c.) fiet log-us radij inscripti circuli; sic autem ex istorum, nempè, radij, areę, & semiperimetri, duobus promiscuè, tertius haberi potest, quod ex hoc pendet, nempè, quod log-mi facientium æquantur log-is ipsius facti.

Ratio septima.

QVoniam iuxta dicta ad rationem primæ Regulæ, vt se habet rectangulum sub semiperimetro, & qualibet dictarũ differentiarum, ad aream Trianguli, ita eadem area ad rectãgulum sub reliqus differentijs, ideo cum in hoc Problemate detur basis, & summa laterum, & ideò detur semiperimeter, & differentia basis



à semiperimetro, datur etiam rectangulum sub ipsis, similiter cum detur basis, & altitudo, datur etiam ipsa area multiplicãdo altitudinem in semibasim, idest simul iungendo log-um altitudinis, log-mo semibasis, fit enim log-us areæ, ideo ex.g. in Tr-lo, a e b, si dempseris log-um dicti rectanguli sub semiperimetro Tr-li, a e b: & sub differentia basis, e b, ab eodem semiperimetro, ex duplicato log-mo areę, a e b, idest si addideris Co.Ar.dicti rectanguli, log-mo duplicato areæ (demptis duabus vnitatibus &c.) fiet log-us rectanguli sub reliquis duabus differentijs laterum, a e, a b, à semiperimetro, est autem log-us dicti Rectanguli sub semiperimetro, & differentia basis


ab eo,

ab eo, aggregatum log-orum semiperimetri, & differentiæ basis ab eo, & ideò si addideris Co. Ar. summæ log-orum semiperimetri, & differentiæ basis ab eo, log-mo areæ duplicato (dē̄ptis duabus vnitatibus &c.) idest doplicatis log-is altitudinis, & semibasis, fiet log-us rectanguli sub reliquis differentijs hinc notificati, est autem basis, e b, æqualis dictis differentijs, vt facilè patet circulo inscripto Triangulo, a e b, ergo continetur sub partibus, e b, & differt à quadrato medietatis, quæ sit, e c, quadrato, d c, per 5. Secundi Elem. ergo si inuentum rectangulum auferatur ex quadrato, e c, noto, remanebit quadratum, d c, notum, cuius semilog-us dabit ipsam, d c, quam addens, & demens ab ipsa medietate, constitues dictas differentias, quarum vnāquamque si dempseris ex semiperimetro exibunt latera, a e, a b, notificata, non est autem necesse ipsam, c d, terminare ad perpendicularem, a d, licet figura id ostendat, patet ergo Reg. 7. rectè se habere. Hoc autem Problema proposuit ipsi Lodulpho à Ceulen Clarissimus Medicus Ioannes Vvilhelmus Velsius, vt ipse fatetur; hoc etiam concinnè absoluit acutissimus Vvillebrordus Snellius, vt apud ipsum Lodulphū videri potest.

Ratio octaua.

ASpice presens schema, in quo, d e, supponatur basis alicuius Trianguli data, &, c a, relinquens hinc inde æquales, d c, a e, sit differentia laterum data (quę semper basi minor esse debet, alioquin duo Trianguli latera essent tertio vel æqualia, vel minora, quod est absurdum) bifariam diuisa in, g, à quo sit erecta, g b, cuius quadratum sit æquale rectangulo, e c d, insuper iunctis, c b, b a, ijsdemquè indefinitè productis versus, p, n, sit intra, b p, b n, ducta, p n, parallela, b g, cuius dimidia, possit quadratum, b g, & quadratum altitudinis datę, producta verò de, versus, p n, incidat illi in, m & sit ducta, b r, parallela, d m, quæ incidat ipsi, p n, in, r a pūcto vero, m, ad angulos rectos plano, p b n, hinc inde pducta sit, o f, ita, vt singulæ, m o, m f, æquales sint datæ altitudini, iuncta ergo, r o, quoniam parallelogrammum est, b m, ideò opposita latera, b g, r m, b r, g m, erunt æqualia,

lia,& quia dimidia, p n, põt quadr. g b,& quadr. o m, i. quadratum, r m,& quadratum, m o, est autem, n r, dimidia, p n, angulus enim, c b g, æquatur angulo, c p n,&, g b a, ipsi, b n p, illi verò per 4. Primi Elem. sũt ęquales, ergo, & anguli, p, n, erunt æquales, sed &, b r p, b r n, quia sũt recti, sunt ęquales,& latus, b r, cõmune, vnde per 26. Primi Elem, b p, b n,&, p r, r n, sunt ęquales, potest autem, r n, quadratũ, r m, cum rectangulo, p m n, ergo, dempto communi quadrato, r m, fiet rectangulum, p m n, æquale quadrato, m o, & puncta quatuor, p, o, n, f, in circuli, p o n f, circumferentia posita erunt: intelligatur ergo conus, cuius basis circulus, p o n f, vertex, b, sectus plano transeunte per rectas, d m, o f, quod erit erectum plano trianguli per axem, p b n, & faciet in superficie conica Hyperbolam, o a f, cuius vertex, a, diameter; a m, foci, d, e, latus transuersum, a c, &, b g, media inter, c a, & latus rectum; si ergo iungatur quadratum, b g, idest rectangulum sub differentia semi basis, d g, & semidifferentiæ datę, g c, & residuo basis, d e, quadrato altitudinis datæ, quæ inuenitur esse o m, (quia, r o, circuli, p o n f, radius, vtrumque spatiũ potest, & est, r m, æqualis, b g,) fiet spatium, cuius semilogarithmus dabit radiũ circuli, qui est basis coni, b p n, nempè, r o, vel, r p, & quia Triãgula, c g b, p r b, similia sunt, ideo, vt, b g, ad, g c, ita, p r, inuenta, ad, r b, vel, m g, & p pea ex Reg 6. Gen. Co. Ar. b g, i. Co. Ar. semilog. mi quadrati, b g, vel rectanguli, e c d, cum log-mo, c g, semidifferentiæ datę, & cum semilog-mo quadrati, p r, idest



aggre-

aggregati quadrati, m o, altitudinis, & quadrati b g, siue rectanguli, e c d, dabit logarithmum ipsius, b r, vel, g m, cui adde, g d, semibasim, & ab eadem de me eandem semibasim, g e, fient, d m, m e, quorum quadrata singillatim iuncta quadrato altitudinis, o m, conficient quadrata rectarum, d o, e o, quæ cum à focis, siue punctis ex comparatione factis, vt eos vocat Apollonius Pergæus, d, e, sint ad punctum, o, hyperbole, o a f, ductæ, differunt inter se quantitate lateris transuersi, c a, siue differentia data per 51. Tert conicorum, & Triangulum, d o e, erit super data basi, d e, in altitudine data, o m, optima est ergo Regula 8. ad hoc à nobis tradita; hoc idem Problema ingeniosè pariter absoluit, & per locum planum, nempè per circulorum contactum Franciscus Vieta nobilis Gallus, qui fuit Regius Consiliarius, ac Excellentissimus Mathematicus; prædicta autem solutio innuitur ab Henrico Briggio in sua Arithmetica log-ca paucis verbis, & non satis claris, quam nos nonnullis mutatis, fusius ad maiorem dilucidationem, prosequuti sumus.

Ratio nonæ.


QVia ex 3. Sexti Elem. linea bisecans angulum diuidit latus oppositum in ratione laterum, ideò, componendo vt tota basis, ad alterum segmentorum, ita summa laterum, ad latus segmento conterminans, & ideò per Reg. 6. Gener. Co Ar. basis cum log-mo summæ laterum, & log-mo cuiusuis segmenti, dat log-um lateris eidem segmento conterminantis, vt Reg. 9. docet.

Ratio decimæ.

ASpice schema Cap. 5. in eo enim ostensum ibi est, vt summa laterum, b a, a d, ad basim, b d, ita esse differentiam casuũ, c d, ad d i, differentiam laterum, & ideò ex Reg. 6. Gener Co. Ar. aggregati laterum, cum log-o, basis, b d, siue aggregati casuum, & cum log-mo, e d, differentiæ Casuum, dat log-um differentiæ laterum. Vel Co. Ar. datæ differentiæ cum ijsdem, dat log-um summæ laterum, ex quibus latera habere poteris, vt innuit Reg. 10.

Ratio vndecimæ.

SIt Tr lum, a b d, in quo detur basis, b d, angulus, a, & aggregatum laterũ, b a d, si ergo ducatur, a c, bissecãs angulũ, b a d, diuidet basim, b d, in ratione laterum, ergo permutando, vt b a, ad, b c, ita, a d, ad, d c, & ita, b a d, ad, b d, ergo, vt, b d, ad, b a d, ita, b c, ad, b a, vel, ita Sinus anguli noti, b a c, ad Sinum, b c a, ergo per Reg. 6. Gener. Co. Ar. basis, b d, cum log-o summæ, b a d, & cum log-mo dimidij anguli, b a d, dabit log-ũ anguli, b c a, & ideo notus fiet angulus, b, &, d, ex quibus latera habebis per 1. primarum Reg. in Rectangulis iuxta Re. 11.



Ratio duodecimæ.

VIde figuram Rationis 7. Regulæ, quoniam ergo, vt se habet Rectangulum sub, a e, e b, lateribus, ad rectangulum, sub, a d, e b, duplum areę Trianguli, a e b, ita se habet, a e, ad ipsam, a d, per conuersam 1. Sexti Elem. idest, ita, a e, Sin. Totus, ad, a d, Sinum anguli, e, per primum Axioma, ideò ex Reg. 6. Gener. Co. Ar. Rectanguli sub lateribus, a e, e b, cum log mo duplicatæ areæ, & cum log mo Sinus Totius (dempta vnitate &c. quod est demere log-um Sinus Totius, quem ideò prætermittimus) idest cum solo log mo duplicatæ areæ, dabit log um anguli, e, absq; eo, quod auferatur solita vnitas, aufertur enim, dum omittimus log um Sinus Totius, qui esset summę addẽdus; speciẽ verò anguli iã notã supponimus, ex quo scis an perpendicularis, ad intra, vel extra Triangulum sit casuræ, etenim vtrique casui eadem Regula sese accomodat, patet ergo veritas tam huius 12. quam etiam cæterarum Regularum.

Exem-

Exemplum primæ Regulæ.

1

Sit in Tr lo, aeb, rationis Reg 7. a e, ex. g. 13. a b, 14. & e b, 15. operãtes ergo, vt Reg. 1. iubet, fit semiperimeter 21 & differentiæ 8. 7. 6. quorum l g. dant log. duplicatum areæ, a e b, quæ inuenitur esse 84. vt in primo Calculo.

Semiperimetri	21. l.	132222
Differentiæ	8	090309
	7 l.	084510
	6	077815
Dant log. duplicatum areæ		384856
Dimidium dat aream 84		192428

Exemplum secundæ.

2

Datis iisdem, & altitudinẽ cupientes, quæremus lug um areæ, vt in antecedenti, cui addemus Co. Ar semibasis, cuius respectu altitudinem quærimus, vt, e b, dimidiæ 7.5 & summa, vt in 2. Calculo, dabit, a d, 11. 2.

Areæ vt supra 84	l.	192428
E B, dimid.	75. Co. Ar	912494
Dant log. A D, 11. 2.		104922

Exemplum tertiæ.

3

Datis iisdem, quæramus radium inscripti circuli ipsi, a e b, habito igitur, vt prius log. o areæ additur Co. Ar. semiperimetri 21. & fiet log. quæsiti radij, qui est. 4: vt patet in 3. Calculo.

Areæ, vt supra 84. log.	192428
Semiperimetri 21. Co. Ar.	867778
Dant log. radij. 4.	060206

Exemplum quartæ. 4

Datis ijsdē quæratur radius circumscripti circuli, quæro ergo per Reg 2 altitudinis, a d, Co. Ar. & laterum, a e, a b, logos, quorū summa dat logū

Altit vt sup. a d, n. 2. Co. A	895078
A E, lateris 13. l.	111394
A B, lateris 14. l.	114613
Dant log Diam. 16.25.	121085

Latera anguli.

A E. 13	AEB.	G. 59. 29. 24.
A B. 14	ABE.	53. 7 49.
EB. 15	EAB.	67. 22 47.

Diametri circuli circumscripti, ex quo colligitur ipsa Diameter esse 16.25. & Radium 8 125.

Exemplum quintæ. 5

Detur nunc perimeter, a e b, 42. & angulus, e, G 59. 29. 24. ang. b, G. 53. 7. 49, & ang. a, G. 67. 22. 47. quærimus ipsa latera operantes ergo, vt in forma calculi 5 inueniemus, a b, esse 14 & eodem modo, a e, 13 &, e b 15. pariter esse colligemus. Recordare autem dum Sinibus ceteris mutilatis, minuendæ Charac-cæ prout decet, cum Sinus numeris in comparationem venire continget, vt nunc, in calculo euenisse constat.

AEB. G. 59 29 24	Sinus	86154
ABE. 53. 7 49	Sinus	80000
EAB. 67 22. 47.	Sinus	92308
Summa trium Sinuum		258462
Summæ	Co. Ar.	458760
AEB. 86154.	log.	493528
Perimetri, AEB 42.	log.	162325
Dant log. lateris, AB, 14		114613

Exem-

Exemplum sextæ. 6

IN eodem Triãgulo, a e b, detur perimeter 42. & area 84. operãtes ergo per Reg. 6.

Semiperimetri 21	Co.Ar.	857778	
Areæ 84.	log.	192428	
Dant l. radij quæsiti 4.		060206	

vt in forma 6. Calculi si queramus radium inscripti circuli, inueniemus ipsum esse. 4. vt etiam repertum est in ex. Reg 3.

Exemplum septimæ.

IN eodem Tr-lo detur basis, e b, 15 summa laterum, e a b, 27 & altitudo, a d, 11.2. & quærantur latera, 7

Semiperimetri 21	log.	132222
Diff. basis à semip. 6	log.	077815
Summa logar. eorundem		210037
Co Ar. dictæ summæ		789963
Semibasis 7.5 log. duplicandus.		087506
Altitud a d, 11.2 l. duplic.		104922
Trium proximorũ sũma dat l. 56		174819
Demo ipsum ex quad semib. 56.25.		
Restat	0.25	
Cuius	log.	060206
Dimid. dat.	0.50	030103
Quẽ addo, & demo ex semibasi, & fiunt 8 & 7. quos aufero ex semiperimetro 21. & restant 13. & & 14 pro lateribus a e, a b.		

operor ergo iuxta Reg 7 & inuenio, vt in forma 7. Calculi, latus, e a, 13. & , e b 14. Aduerte autem, quia necesse habuimus quærere log os fractionis vnitatis, qui sunt nihilo minores, & ideò priuatiui siue defectui, quod propter hoc sua signa illis apposuimus, hoc autem casu accidit in hoc exemplo non enim tales log os postulat ex se Regula præsens, sed cũ infra vnitatem descendimus, quod tamen rarò fit, vbique sunt eorum log mi tamquam priuatiui accipiendi.

8

Exemplum octauæ.

Sit, d a, basis 14. c a, differentia data. 2. o m, altitudo data 12. vt in figura Rationis Reg. 8. operantes ergo, vt in 8. Calculo inuenimus, d o, 15. & , e o, debere esse 13 conformiter his, quæ sunt in Triangulo nostro vsitato, a e b,

Rectang. E C D.		48
Additum quadrato O M,		144
Conficit summam		192
Cuius	l.	228330
Dimidium		114165
Semidiff. datæ 1.	l	0
Rectãg. 1 Co. Ar. semilog.		915938
Dant log numeri	2	030103
Cui addita, & dempta semibasis, conficiuntur numeri	9 &	5
quorum quadrata	81 &	25
iuncta quadrato, o m, dant ipsa quadrata d o,		225. & , e o, 169.
D O, quadrati	log.	235218
Dimidium dat d o,	15	117609
E O, quadrati	log.	222789
Dimidium dat, eo,	13	111394

Exemplum nonæ. 9

IN Triãgulo, b a d Rationis Reg. 9 detur, b c, 72222 & c d, 7. 7778. & summa, b a d,

B D. 15.	Co. Ar.	882391
Summæ B A D. 27.	1	143136
Segmenti. C D. 7 7778.	1.	089085
Dant log A D	14	114612

27. & quærantur latera, si ergo operemur per Reg 9. vt in 9. Calculo, inueniemus, a d, latus maius esse 14. & eodem modo haberemus latus minus, a b, 1 1.

Exemplum decimæ. 10

IN Triangulo Rationis Regul. 7. nempè, a e d, dentur duo casus, e d, 6. 6. & d b, 8. 4. & summa laterũ, e a b, 27. quærimus ipsa latera, iuxta.

Summę, EAB, later. 27. Co. Ar	856864
Summæ Casuũ, ED, DB, 15. l,	117609
Diff. Casuum 18 l.	025527
Dant l. Diff laterum 1.	000000
Diff. EAB. laterum. 1. Co. Ar.	1000000
Summæ Casuum 15. l.	117609
Diff. Casuum. 1. 8 l.	025527
Dant log. summę laterum 27.	143136

Reg. 10 ergo operando, vt in prima parte Calculi 10. inueniemus differentiam laterum esse 1. ex quo latera ipsa sunt, minus, a e, 13. & maius, a b, 14. In secunda parte verò inuenimus summam laterum esse 27. vnde dempta data differentia. 1 restant. 26. & dimidium 13. pro minori latere, & pro maiori 14.

Exem-

Exemplum vndecimæ.

11

IN eodem Triangulo, a e b, detur basis, e b, 15, & angulus illi oppositus G. 67.22.48. & summa

Basis, E B,	15.	Co. Ar.	882391
Summæ laterum	27.	l.	143136
Semianguli, A.G.	33.41.24.	l.	974406
Dant anguli G	86.49.12.	l.	999933
Summa duorum	120.30.36.		
Dempta ex	180.		
Relinquit. E.	59.29.24.		

laterum 27. quæruntur anguli, & latera, operando igitur, vt in forma Calculi 11. iuxta suam Reg. inuenimus angulũ. e, G. 59. 29. 24 ex quo angulus, b, erit G. 53. 7. 49. ex quibus per Reg. 1. Primarum in Obliquangulis inuenies latus, a e. 13. &, a b, 14.

Exemplum duodecimæ.

12

IN eodem Triãgulo, a e d, detur area. 84. & rectangulũ sub lateribus

Rectanguli	195.	Co. Ar.	770997
Areæ duplic.	168.	l.	222531
Dãt. log. ãg e, G.	59 29. 24.		993528

ignotis, e a, e b, 195. & sciamus angulum, e, acutum esse, igitur per Reg. 12. operando, vt in. 12. Calculo inueniemus ang. e, esse G. 59. 29. 24. consequenter ei, quod supra inuentum fuit.

Sed

Sed hic, iacta anchora, ratis hæc nostra quiescat, nec enim cuncta, quæ à Regiomentano, & alijs Trigonometrię Auctoribus, minutius cribrantur, vt apud dictum Lodulphum pręcipuè vidi, prosequi intendo, sed ea tantum, quæ vt plurimũ nobis cõtingere possunt hic libuit exarare, cętera verò, si modo Reg. 6. generalem ritè apprehenderis, facilè ad methodum log cam tibi accomodare poteris, interim autem his perfruaris, donec ad Sphęricorum Triangulorum Analysim, qua totius primi Mobilis Doctrina, veluti Secundorum Mobilium, hac Planorum Trigonometria, tota virtualiter comprehenditur, speculationem nostram conuertamus.

*
* *



DIRECTORII GENERALIS VRANOMETRICI.

Pars Tertia.

De Sphæricorum Triangulorum logarithmico calculo, quo totius Primi Mobilis supputationes facillimè expediri possunt.

Caput I.

De his, quæ ad Sphæricorum Triangulorum Analyticam Doctrinam generaliter sunt præintelligenda.



Lanorum Triangulorum planam viam emensi, ardua Sphęricorum Triangulorum iuga nunc scandere opus est, arduum quidem est iter, si plana Sphæricis comparentur, facile vero, si methodum logarithmicam in eorum quoque resolutione adhibendam cum aliorum modis conferamus, vbi enim cæteri Sinibus, Tangentibus, Secantibus, & Sinibus Versis, tamquã baculis innixi, sphæricæ superficiei flexuosam scandere viam, & illius penè inaccessa pertingere consueuerunt; nos artificiosis veluti quibusdam fulcris, siue crepidis montis decliuio se se adaptantibus, sic in ardua aspera, ac gibbosa superficie, ac in plana, nostrum iter perficere attentabimus, hoc autem præstabunt secũdi generis log-mi, tantò primi generis log-mis excellentiores, atq; ad hoc aptiores, quanto operatio vulgaris addendi, & subtrahendi, Cossica facilior esse perhibetur, horũ verò log-orum vsus ad eam facilitatem à nobis redigetur, qua maior haberi non possit, nempè omnes ferè operationes, vti in

Planis effectum est ad solam additionem deducemus : (subintellige tamen solam additionem adhiberi, nedum hic, sed etiã in reliquis Regulis : si venandæ partis] proportionalis necessitatem non attendamus, per accidens enim tunc etiam subtractio in ipsam Regulam introducitur, similiter si demptionem sępè dictæ vnitatis, quæ est verè subtractio log mi Sinus totius, vel, aliquando eiusdem dupli, ob maximam facilitatem, ac si non esset subtractio, reputemus.) Antequam vero ad particulares Regulas descendamus, operæretium mihi visum est quędam generalia præmittere in hac quoque Sphærica doctrina], iuxta methodum adhibitam in Plana, vt communioribus intellectis, particularia cap'u faciliora fiant, hæc autem erunt quædam Definitiones, ac Circulorum in Sphærica superficie sese decussantium, Triangulorumq; Sphæricorum inde consurgentium ex Theodosij Sphæric s Elementis, & Regiom. petitę proprietates, apud quos eorum demonstrationes videri possunt, quas, ob per breuitatem, & ne ipsius doctrinam de integro ad librj molem augendam, transcripsisse videar, consultò dimisi, insuper & Regulæ quædam generales, præter eas, quæ in p.p. adductæ, etiam Spæricis communes existunt, si quę eorum proprię comperientur, post Proprietates subiungentur, communes verò vtrisque Triangulis Proprietates tali asterismo * signabuntur ; sed ad Definitiones accedamus.

Definitiones.

1 SPhæra est figura solida comprehensa vna superficie, ad quã ab vno eorum punctorum, quæ intra figura sunt, omnes rectæ lineæ ductæ sunt inter se ęquales. Theod lib. p. Def. 1. cuiusmodi punctum dicitur Centrum Sphæræ Def. 2. Axis, linea recta per centrum transiens, & in sphæræ superficiem terminata, circa quam quiescentem reuolui Sphæra intelligitur. Def. 3. Cuius Poli sunt axis extrema. Def 4. Licet Polus vniuersaliter dicatur in sphęra punctus in superficie positus, à quo omnes rectæ lineæ ad circuli circumferentiam ductæ cuius dicitur Polus, sunt æquales Def. 5.

2 Cir-

2 Circuli in sphæra maximi dicuntur, qui transeunt per centrum Sphęræ, & Circuli minores, qui non per centrum traijciuntur, æquidistare tamen à centro Circuli minores dicuntur, cum perpendiculares à centro Sphæræ ad eosdem ductæ fuerint æquales, magis verò distare à centro, ad quē maior perpendicularis à centro ducta erit; Vt apud Theod. Def. 6.

3 Triangulum Sphęricum est, quod in superficiè Sphærę, à tribus arcubus maximorum circulorum singillatim semicirculo minorum, comprenhenditur, constans, ex tribus lateribus, & tribus angulis. Hoc autem duplex est, sc. vnum quadrantale, aliud non quadrantale.

4 Triangulum Sphæricum quadrantale dicitur, quod habet, vel angulum, vel latus Quadranti æquale, cætera vero omnia non quadrantalia vocabuntur. Quadrantale vero, vel est multiplex, vel simplex.

5 Triangulum Sphæricum quadrantale Multiplex dicitur, cum sex partium plures vna fuerint quadranti æquales, quæ tamen non opponantur, vnde Trirectangulum dicetur, quod tres angulos rectos, vel tria latera singillatim quadranti æqualia habebit: Birectangulum, quod duos rectos, vel duo latera quadranti singillatim ęqualia, Simplex verò, quod vel vnū rectū, vel vnum latus quadranti æquale obtinuerit: Habens aūt angulum rectum etiam Rectangulum dici solet.

6 Triangulum Sphæricum, penes varietatem laterum, dicitur quoque Æquilaterum, quod tria latera habet æqualia, quæ si sint quadranti singula æqualia, etiam singuli anguli sunt recti; si illa quadrante maiora, anguli sunt obtusi, sin minora, acuti, vtcumq; verò habeat latera, dummodo sit Æquilaterum est etiam Æquiangulum. Dicitur verò Isosceles, cū duo latera eiusdem fuerint æqualia, quæ etiam subtendent angulos æquales, vt in Planis, rectos quidem, cum fuerint quadrantes, obtusos, cum fuerint quadrante maiores, & acutos, cum erunt quadrante minores. Dicitur tandem scalenum, quod tria latera inæqualia habet.

7 Nomina cruris, hypotenusę, Casuum perpendicularis à vertice, basis, laterum &c. teneantur similiter, ac in Planis Trian-

lis statutum est: Crurum autem dicatur etiam Perpendiculum vnum, & reliquum basis sibi fuerit.

8 Angulus Sphæricus est duorum arcuum maximorum circulorum in superficie Sphæræ mutuo se tangentium, & non in eodem plano consistentium alterius ad alterum inclinatio, quam metitur arcus circuli maximi descripti super dicto puncto contactus, tamquam polo, radio verò (vt ad modum planorum loquar) arcu ipsi quadranti æquali; contactum verò supradictum intelligе latiori modo.


9 Datus dicetur angulus sphæricus, cum datus fuerit arcus eiusdem inclinationem mensurans, datus verò dicetur arcus, cũ notum erit, quot earum partium contineat, quarum tota circuli circumferentia est 360. quo pacto etiam latera Triangulorum Sphæricorum data esse intelligentur, Aream verò, siue superficiem Trianguli Sphærici datam, siue notam esse tunc dicemus, cum scierimus quot earum partium ipsa sit, qualium tota Sphærę superficies 360. vel alius qui vis numerus esse supponetur.

10 Complementum anguli Sphærici, vel arcus, ad semicirculũ, dicitur residuum ad ipsum semicirculum, complementum verò ad quadrãtem, dicitur differentia siue supra, siue infra ab ipso quadrante; subintelligitur tamen vox complementi arcus, vel anguli, semper hoc secundo modo, nisi exprimatur, esse Comp ad semicirculum.


11 Dato Triangulo Sphærico, & capto eiusdem angulo, si continuentur latera, vel ex vna parte, vel ex alia, donec semicirculi euadant, fit ex hac continuatione Triangulum, quod dicemus, Triangulum residuum dati Trianguli Sphærici ad datum ang-m; Vt in pręsenti figura, dato Triangulo Sphęrico, a b c, possũt latera cõtinuari versus, a, & versus, b c, donec fiant semicirculi, b a e, c a d, a b f, a c f, dicitur ergo Triangulum, b f c, vel, e a d, (quæ sunt æqualia tam quoad latera, quam quoad angulos) Triangulum dati, a b c, residuum ad datum angulum, b a c, sic ergo, cum anguli, a, c, b, tres sint, tria etiam Triangula residua respondent dato Tr-lo, a b c, nempe, b f c, vel, e a d, ad angulum, a, a d b, ad aagulum, c,

&c.

&, a e e, ad angulum, b, vnicuique ergo Tr-lo Sphærico Tria respondẽt Triãgula residua, quæ etiam dicemus adiacentia basi, vel lateribus dati Trianguli, a b c.




12 Dato Triangulo Sphærico angulũ acutũ habente, vt in secunda figura, a; si producatur latera, a b, a c, vt fiant quadrantes, & per, a e, ducatẽ arcus, f d, circuli, quadrans facto polo in, a, cũ quo concurret, c b, in, f, Triangulum, c f e, dicetur oppositum Triãgulo, a b c, hęc verò habẽt hãc ad inuicem analogiam, vt latus, c e, sit complemẽtum, lateris, c a, latus, c f, complementum lateris, b c, & latus, e f, complementum arcus, e d, hoc est anguli, a, sic etiam è conuersò, latera, c b, a c, sunt complementa laterum, c f, c e, &, a b, complementum anguli, f, angulus vero, a c b, æquatur angulo, f c e.



13 Dato Triangulo Sphærico ex. g. in hac tertia figura, a b c, dicitur, i k h, Triangulum prędicto reciprocum, quod sic habetur; Polis singulis apicibus, a, b, c, describantur circumferen-

feretentiæ, e d i h, f o i k, g p h k, ex quarum sectione fiat Triangulum, k i h, compleaturq; a b f q, quoniam ergo, a e, est quadrans, & item, b f, dempto communi, b e, fit, a b, æquale ipsi, e f, qui est mẽsura anguli, e i f, vel eidẽ æqualis, k i h, vnde latus, a b, æquatur angulo, k i h, si numerum spectes, item, q a, b c o, quadrãs æquatur quadrãti, c o p, dẽpto, c o, communi, fit, b c, latus æquale, o p, idest angulo, i k h, & similiter, a c d, quadrans æquatur quadranti, c d g, & dempto communi, c d, latus, a c, æquatur ipsi, d g, idest angulo, d h g, complemento tertij anguli, k h i; Item anguli, a, quantitas est, h i, nam æquatur ipsi, d e, necnon anguli, a c b, quantitas est, p g, idest, h k, & tandem Complementi anguli, a b c, nempè, o b f, vel, o f, quãtitas est, k i, duo ergo latera, a b, b c, conuertuntur in angulos duos, i, k, tertius verò, a c, in Complementum, h, & duo anguli, a c, vertuntur in latera, i h, h k, tertij, verò, b, Complementum vertitur in latus, k i, hoc ergo Triangulum, k i h, dicitur reciprocum Triãgulo, a b c, cuiusmodi tria inuenientur pro vt huius, vel illius anguli sumpseris complementum ad semicirculum, si enim acceperis complementum anguli, b, triangulum reciprocũ est k i h, si sumpseris Complementum anguli, a, fiet aliud triangulum reciprocum, & tandem si capies Complementũ anguli, c, fiet aliud triangulum eidem, a b c, reciprocum, qualitercumq; ergo sumpseris angulos, a b c, idest cuiuscũq; tibi ele-



tibi elegeris Complementum, hoc cum cæteris duobus angulis in latera poterit commutari, ratio enim hucusq; pertingit, etenim vtcumq; Complementum anguli, b, fuit assumptum.

Insigniores Triangulorum Sphæricorum Proprietates.

1 MAximi in Sphera circuli sunt æquales, & sese bifariam secant; bifariamq; sese secantes sunt maximi. Theod. lib. p. Prop. 11. & 12.

2 Maximus in Sphera circulus ad rectos angulos quencumq; in Sphæra circulum secans, bifariam eundem secabit, & per Polos; Et si secet per Polos bifariam ipsum secabit, & ad angulos rectos; Vel si circulum non maximum per æqualia scindat, per Polos, & ad angulos rectos secabit. Theod. ibid. Prop. 13. 14. 15.

3 Ductus arcus à Polo Circuli maximi quadrans est; & si ductus à Polo circuli sit quadrans, curculus maximus erit. Ibid. Prop. 16. 17. Et si duo arcus circulorum maximorum simul concurrentes fuerint cuidam circulo maximo ad angulos rectos, punctus concursus erit eiusdem Polus.

*4 Si arcus circuli maximi super arcum circuli maximi ceciderit, vel rectos, vel duobus rectis equales angulos cōstituet, vt in planis.

*5 In omni Triangulo Plano maius latus maiorem angulum subtendit, minus minus, & æquale æquale. Et è conuerso maior angulus maius latus, minor minus, & equale equale subtendit. Reg. lib. 3. Prop. 40. 41. 42. 43.

*6 Duo quælibet latera tertio sunt maiora; Reg. lib. 3. Prop. 47.

7 Tria latera sunt duobus semicirculis minora. Ibid. Prop. 39.

8 Producto quouis laterum, externus angulus aliquando alteri intrinsecorum, sibi oppositorum æqualis est, aliquando minor, & aliquando maior. Ibid. Prop. 47.

9 Signato angulo, si versus basim latera dictum angulum continentia producantur vsq; ad concursum, angulus ad concursum factus, angulo ab illis compræhenso æqualis erit.

10 Omnis

10 Omnis Trianguli Sphærici tres anguli sunt duobus rectis maiores. Ibid. Prop. 49.

*11 Si duo latera duobus lateribus ęqualia fuerint singula singulis, & angulos æquales compręhenderint dicta latera; bases ęquales erunt, sin maior vnus angulus altero fuerit, & basis basi maior erit, & si minor, minor; qđ si vice angulorũ bases fuerint æquales, etiam illi oppositi anguli ęquales erunt, & si basis basi maior, & ãgulus maiori basi oppositus maior erit, & si minor minor, stante supradicta æqualitate laterum: demonstrantur hæc omnia ad modum Planorum; imò Clauius de Triang. Sphęricis Prop. 7. ostendit iuxta 4. Primi Elem. ex ęqualitate laterum, & angulorum compręhensorũ sequi nedum ęqualitatem basium, sed etiam Triangulorum, nec non reliquorum angulorum, quibus æqualia latera subtenduntur.

*12 Triangula Æquilatera sunt etiam æquiangula, & ęquales habent angulos, quibus æqualia latera subtenduntur, quod etiam ex ant. elici potest, & similiter Æquiangula sunt æquilatera, & æqualibus angulis ęqualia latera subtenduntur. Clau. ibid. Prop. 18. 19.

*13 Si duo Triangula Sphęrica duos angulos duobus angulis ęquales habuerint, & vnum latus vni lateri æquale, quę nẽpè æqualibus adiacent angulis; vel, quę respiciunt angulos ęquales (dummodo in tali casu respicientia reliquos ęquales angulos non sint ęqualia semicirculo) erunt & reliqua duo latera duobus reliquis lateribus ęqualia, vtrumq; vtrique, & reliquus angulus reliquo angulo pariter ęqualis erit. Clau. ibid. Prop. 20. 22.

14 Si duo Triangula Sphęrica vnum angulum vni ęqualem habeant, & duo latera duobus lateribus circa alium angulum ęqualia vtrumq; vtrique, atq; vtrumq; reliquorum angulorum, vel maiorem, vel non maiorem recto, erit & reliquum latus reliquo lateri, & reliqui anguli reliquis angulis ęquales, vterq; vtriq; Cla. ibid Prop. 24.

*15 Si duo arcus sese intersecauerint, anguli ad verticem ęquales erunt. Ibid. Prop. 6.

*16 Si

*16 Si à terminis basis dati Trianguli intra ipsum ducti arcus maximorum circulorum coniungantur, erunt ipsi collecti, duobus ipsis lateribus minores.

17 Si Trianguli quiuis angulus ab eo ducto arcu maximi circuli, bifariam diuidatur, qui productus secet oppositum latus, siue basim Sinus portionũ basis sinibus laterum directè proportionales erunt.

Regulæ generales, quibus in Triangulis sphæricis Rectangulis species angulorum, & arcuum ex duobus datis dignoscuntur.

1 CRura sequuntur speciem angulorum, quibus opponũtur, & è cõuerso, vnde, ex datis cruribus, argues speciem oppositorum angulorum, & è contra: Ex ijsdem verò datis, nẽpè vel duobus cruribus, vel duobus angulis ad hypot. sic eandem argues hypot. Si crura fuerint ambo maiora, vel minora quadrante, vel anguli ad hypot. ambo acuti, vel obtusi, hypt minor erit quadrante, si vero alterum crurum fuerit quadrans, vel alter angulorum rectus, hypot. quadrans erit; si tandem crurum alterum maius, reliquum vero minus erit quadrante, vel si angulorum alter fuerit obtusus, & reliquus acutus, hypot. maior quadrante arguetur. Sic ergo per hanc Regulam ex datis cruribus, vel ex datis angulis ad hyp. reliquorum triũ ignotę speciei ipsas species manifestabis, quę eliciuntur ex Regiom. lib. 4. Prop. 3. 4. 6.

2 Si Hypot. fuerit quadrans, alterũ crurum erit quadrãs, & alter ang•rum ad hypot. rectus. Si hypot. fuerit quadrãte minor, erunt crura vel ambo miora, vel ambo minora quadrãte, & anguli ãbo obtusi, vel acuti. Si tandẽ fuerit quadrãte maior, alterum crurum erit quadrante maius, & reliquum minus, vel alter anguolrum erit obtusus, & reliquus acutus. Ex his ergo scies, ex data hypot. & altero crurum, vel altero angulorum ad hypot. reliquum crus, & subinde per primam Reg. angulos illis oppositos, vel reliquum angulum, & subinde per eandem primam, illis opposita crura speciẽ dignoscere. ex Regiom Ibid. Prop. 5. & 7.

3 Ex dato crure,& angulo adiacente cognoſces per primam Reg. reliquum crus,& reliquum angulum quoad ſpeciem, ex quibus,per eandem primam ; hypot. ſpeciem arguere poteris. Ex dato autem crure,& angulo oppoſito, non poſſunt reliquorum ſpecies haberi,niſi detur etiam ſpecies vnius reliquorum,nempè vel anguli adiacentis,vel reliqui cruris, vel hypot ſi ergo cum illis habueris ſpeciem anguli adiacentis, habebis etiam crus illi oppoſitum, & ſubinde hypot. per primam,ſpeciem arguere poteris;ſi habueris ſpeciem cruris reliqui,angulum adiacentem, & ſubinde baſim quoad ſpeciem dignoſces per eandem primam, ſi tandem habueris ſpeciem baſis,quoniam habes etiam ſpeciem cruris, vel anguli hypot.adiacentis,ideò per 2. Reg. reliquorum ſpecies obtinebis : quę quidem Maginus in ſuo Primo Mobili per 6. Canones fuſius explicauit : His autem omnis datorum varietas in Triangulis Sphęricis Rectangulis comprehēditur. Excipe tamen pro hac,& ant. Reg. cum ex data hypot. quę ſit quadrans, & ex dato angulo adiacente recto, vel crure quadrante,vel ex dato crure,&angulo oppoſito quadrantibus,reliqua quęrimus, tunc enim oportet ſcire ſpeciem reliqui cruris, vel anguli, qua habita, reliquorum ſpecies tunc non ignoramus.

Cap. II.

De Triangulorum Quadrantalium Calculo, de Axiomate Proportionum in eiſdem primo ac Regulis logarithmicis inde fluentibus.

Omnes quotquot Trigonometriæ Precepta auctores tradidere, partem,quæ ad Triangula rectangula ſpectat, ab ea, quæ ad Obliquangula tam in Planis, quàm in Sphęricis, diſſeparare maioris facilitatis gratia,conſueuerunt,nec quidem incongruè licet enim,aliqua tam Rectangulis,quàm Obliquangulis communia eſſe poſsint, tamen Rectangulorum doctrina,ſi per ea, quæ illis exiſtunt propria, tradita fuerit,facilior,

vt hoc

vt hoc intuenti apparebit, euadere comperietur, vnde nec nobis ab aliorum methodo discedendum videtur, hanc ergo de Triangulis Sphęricis Rectangulis ab Obliquangulorum doctrinā, & nos seiungentes, hoc insuper admonemus, quod nedum Rectangulorum, sed in vniuersum quadrantalium pręsentis, ac sequentis Cap. erit speculatio, cum ad hęc vsq; extendātur tradenda Præcepta; cum vero quadrantaliū alia sint multiplicia, alia simplicia, nempè multiplicia, quorum species, Trirectangulum, Birectangulum, Vel habens tria latera quadrantes, vel duo tantum, vt patuit Def. 3 & 4. istorum quidem solutio facillima existit, Trirectangulum enim, habet tria latera quadrantes, & habens tria latera quadrantes, est Trirectangulum, similiter Birectangulum habet opposita latera quadrantes, & habens duo latera quadrantes habet oppositos eisdem angulos rectos, etenim ex p. Reg. generali, Crura sequuntur speciem angulorum, quibus opponuntur & è conuerso, tertius vero angulus semper æquatur tertio lateri, cum ad apicem anguli sit polus oppositi lateris, & ideo ex Def. 8. anguli quantitas sit eidem oppositum latus, habens verò vnum rectum, & vnum latus quadrans necessariò est Birectangulum ex 1. & 2. Regula gener. vnde ad Birectangula reducitur. De his ergo nulla est difficultas, sed ex tribus quibusuis datis cęterę Trianguli partes, absque alia Regula haberi possunt; Tota igitur circa quadrantalia simplicia restat enodanda, ad quod sequentia Axiomata à nobis pręposita fuerunt, ex quibus ad eadem soluenda Regulę logicę deducuntur.

Axioma primum Sphæricorum.

IN Rectangulis Sphæricis Triangulis pluribus acutum ad bases eundem habentibus, Sinus perpendiculorum Sinibus hypotenusarum, Tangentes vero Perpendiculorum Sinibus basium sunt Proportionales.

Ratio Axiomatis.

SInt Triangula Sphęrica Rectangula ad, m, h, & eundem angulum, c, acutum habentia, nempè, s h c, k m c, & sint latera

acutum ambientia quadrante singillatim minora. Dico Sinus perpendiculorum arcuum, s h, k m, sinibus, f c, k c, &, Tangentes eorundem perpendiculorum sinibus, h c, c m, proportionales esse. Producãtur ergo arcus, c h, c f, vsq; ad concursum, vt, in, b, sit autẽ semicirculorũ, b f c, b h c, cõmunis sectio recta, b c, & centrum sphęrę in ipsa, o, & sint quadrãtes, c e, c n, ducto vero arcu, e n, producatur, & insimul arcus, h f, donec cõcurrant, vt in, a, qui erit polus semicirculi, b e c, per Proprietatem 3. supradictarum, in plano autem circuli, a e o, sint ductę, o e, quę erit perpendicularis, b c, e f, tãgens circulũ, a e o, in, e, & ideo perpendicularis, e o, & o f, per punctum, n, vsq; ad tangentem, e f, vt in, f, cadat autem, n r, super, e o, perpendiculariter, quę erit sinus arcus, n e; Similiter, iuncta, h o, ducatur, h p, tangens arcum, h f, & ideò perpendicularis, h o, & à puncto, f cadat super h o, perpendicularis, f i, quę erit Sinus rectus arcus, f h, per ipsas autem, f i, p h, ducãtur duo plana parallela plano, f e o, quę cum sit rectum plano semicirculi, b e c, nã, e a, transit per polum eiusdem, a, ideo & ipsa eidem plano recta erunt,

erunt,

erunt, & ideò etiam, ſi, p h, eidem plano perpendiculares erſit, per conuerſum Def. 4. Vndecimi Elem. eſt enim, ſi, perpendicularis, h o, communi ſectioni planorum, a h o, &, b e c, quæ ſunt ad inuicem recta, eſto autem quod ductorum planorum cum ſemicirculis, b e c, b n c, fuerint communes ſectiones, ſu, u i, p d, d h, erunt ergo tres, ſ o, ſ u, p d, inuicem parallelæ, vt etiam, e o, i u, h d, per 16. Vndecimi Elem. & ideò anguli, ſ o e, ſ u i, p d h, inter ſe æquales erunt per 10. Vndecimi Elem. ſed & anguli, ſ e o, p h d, n r o, ſ i u, ſunt æquales, quia recti cum enim, ſ i, plano ſemicirculi, b e c, ſit perpendicularis, etiam ad ipſam, i u, perpendicularis erit per Conuerſum Def. 3. Vndecimi Elem. ergo reliqui anguli æquales erunt, & conſequenter per 4. 6. Elem. erunt Triangula, ſ e o, n r o, ſ i u, p h d, inter ſe ſimilia, vnde, vt n o, ad, n r, ita erit, u ſ, ad, ſ i, ſed, n o, eſt Sinus arcus, n c, ideſt Sinus totus, &, ſ u, Sinus, ſ c, &, n r, Sinus, n e, &, ſ i, Sinus, ſ h, ergo Sinus perpendiculorum, n e, ſ h, ſinibus hypotenuſarum, n c, c ſ, erunt proportionales, ſic etiam probabimus ſinus perpendiculorum, n e, k m, ſinibus hypotenuſarum, n c, c k, proportionales eſſe, ex quo patebit Sinus perpendiculorum, ſ h, k m, ſinibus hypotenuſarum, ſ c, c k, propoitionales eſſe.

Similiter erit, ſ e, ad, e o, vt, p h, ad, h d, ob ſimilitudinem Triangulorum, ſ e o, p h d, ſunt autem, ſ e, p h, tangentes perpendiculorum, n e, ſ h, &, e o, Sinus totus, h d, verò ſinus arcus, h c, igitur tangentes perpendiculorum, n e, ſ h, ſinibus baſium, e c, c h, proportionales erunt; ſimiliter oſtendemus tangentes perpendiculorum, n e, k m, ſinibus baſium, e c, c m, perpendiculares eſſe vnde tangentes perpendiculorum, ſ h, k m, ſinibus baſium, h c, c m, proportionales eſſe concludemus, quod ſi latera acutũ ambientia fuerint quadrante ſingillatim maiora, eadem demõſtratio, quoad primam Axiomatis partem paucis mutatis ſeſe illis accomodabit, vti etiam ſi vnum ſit maius, & alterum minus quadrante & ſi ab eiſdem concluſus angulus ſit obtuſus, vt patet ex Magino in Primo Mobili lib. 1. Th. 1. quod etiam de ijs, quæ ex hac parte Axiomatis originantur verum eſſe ideò exiſtimabimus.

Anno-

Annotatio.

EAdem etiam ab alijs ostenduntur, vt apud Regiom. quoad primam partem, apud Clauium, quoad vtrasq; nec non apud Lansbergium, Pitiscium, & Maginum videri potest apud quę caue ne confundaris, si pro diuersis planis, p h d, f i u. ipse Primi Mobilis lib. p. Th. 1. & 17. vsurpat vnum planum solius Triãguli, p h d, tamquam, si latus, p d, transiret per punctum arcus, a h, demittens ab eo puncto perpendicularem plano, b e c, & existimans talem sinum rectum ad eundem arcum, ad quem tãgens, p h, ex g. pertinere, nempè in proprio illius schemate, b o, esse tangentem arcus, b c, &, c l, illius sinum, b l m, autē esse parallelam, d f, quia enim Th. p. expedit demonstrationem pro Sinibus perpendiculorum, & Th. 17. pro Tangentibus eorundem, ideò modo vtitur triangulo, m c l, adiacente sinui, c l, vt in primo Th. modo triangulo, o b m, tangenti, b o, adiacente, vt in Th. 17 abutens arcu, b c, ac si præberet tangentem, o b, & Sinum, c l, in eodem plano parallelo ipsi plano trianguli, n d f, cum sint in diuersis planis licet parallelis, demonstratio enim non propter hoc est erronea, sed certa, & infallibilis, hoc verò tantum, dicam, quod non videtur in Schemate Th. 17. possibile esse, quod à puncto, b, erecta tangente, b o, arcus, b c (quę ideò in plano circuli, e c b, debet esse) iuncta, m c, & producta, vt inquit ipse vsq; ad concursum cum Tangente, b o, possit m c, concurrere cum dicta tangente, sed cum, m c, ducta sit à puncto, m, extra circulum, e b f, cõstituto ad punctum ipsius circuli, si amplius producatur ibit extra circulum, e b f, & propterea cum Tangente, o b, non concurret, vt opus est, propterea habita tãgente arcus, b c, quam determinare debet ducta ab, f, centro, per, c, vsq; ad ipsam, b o, producta, insuper ducta, m b, à puncto, b, parallela, d f, potius ibi videtur iungenda, o m, quæ quidem nullatenus secabit arcum, b c e; verum tamen est, quod ab eo in demonstrando non fit error, si tali pacto constructio effecta intelligatur quæ ad æquiuocationem in eo ibidem tollendam hic admonere volui.

Corollarium primum.

HInc patet, quod in quouis Triangulo rectangulo Sphærico, vt in, f h c; vt se habet Sinus totus, siue sinus anguli recti, f h c, ad Sinum, hypotenusæ, f c, ita Sinus anguli, f c h, ad Sinum arcus, f h; In omnibus ergo Rectangulis Sphæricis, Sinus laterum sinibus oppositorum angulorum sunt proportionales.

Corollarium secundum.

QVoad Tangentes vero, dummodo angulus ad, c, sit acutus; & circa ipsum latera quadrante minora, colligimus esse, vt Sinus totus ad sinum, h c, cruris, sic Tangentē anguli, c, cruri, h c, adiacentis ad tangentem cruris oppositi, h f.

Corollarium tertium.

INsuper colligimus in triangulis Sphæricis Rectangulis, ex. g. in subiecto Triangulo, a b c; esse; vt Sinus 2. a b, cruris ad Sinum 2. a c, hypotenusæ, ita Sin. Totum ad Sinum 2. alterius cruris b c quod patebit continuatis, a c, a b, donec quadrantes euadant, a e, a d, per quæ puncta, d e, transeat d e f, & b c, concurrentes in, f, qui erit polus circuli, a d, nam anguli, f d b, f b d, sunt recti; vicissim vero, a, erit polus ipsius, f d, & anguli, a, quantitas, d e, anguli, f, quantitas, d b, & Triangulum, f e c erit oppositū Triāgulo, a c b, conditiones habens respectu ipsius, a b c, ad Def. 12. explicatas, erunt ergo duo Triangulā, d f b, e f c, eundem acutum, f, habentia, &, c e, b d erunt perpendiculares ipsi, f d, ergo per Axioma, vt Sinus d b, ad Sinum, e c, idest, vt sinus 2 cruris, a b, ad Sin. 2. hypotenusę, a c, ita Sinus Totus, b f, ad Sinum, c f, idest ad sinum 2 cruris reliqui, b c; quod et Maginus ostendit



in.

in Primo Mobili lib. 1. Th. 2. etiam in Triangulis habentibus duorum obliquangulorum vnum obtusum, & alium acutum, nec non duos obtusos, quo casu crura sunt quadrantibus maiora per Reg. 1. gener. sicut in priori sunt vnum ma us, & alterum quadrante minus; hanc tamen dimitto, cum huius in illis demonstratio parum a superiori diuersa sit.

Corollarium quartum.

SImiliter quoniam, vt Tangens, d b, ad Tangentem, e c, idest, vt Tangens 2. cruris, a b, ad Tang. 2. hypotenusę, a c, ita Sinus Totus, d f, ad Sinum. f e, idest ad Sinum 2. anguli, a, ideò conuertendo, & permutando, vt, Tangens 2. a c, hypotenusæ ad Sinum 2. anguli adiacentis, a, ita esse Tang 2. a b, cruris ad, Sinum Totum manifestum est.

Corollarium quintum.

DEniq; ex supra demonstratis etiam consequitur, quod, vt sinus, c f, ad sinum f e, idest, vt sinus 2. cruris, b c, ad sinum 2. anguli, a, ita sit Sinus anguli, f e c, recti, idest Sinus Totus ad sinum anguli, e c f. idest, a c b, sinus enim laterum sinibus oppositorum angulorum in Rectangulis proportionales esse in Corollario primo ex prefato Axiomate deductum est; hanc pariter Maginus ibidem Th. 3. extendit ad dicta Triangula etiam duorum obliquorum vtrumque, vel vnum tantum obtusos angulos habentia.

Corollarium sextum.

AMplius verò habetur, quia in secunda parte primi Corollarij collectum est in Triangulis rectangulis, vt sinus totus ad sinum alterutrius cruũ, ita Tangentem anguli crusi adiacẽtis esse ad Tangentem cruris oppositi, ideo in Triangulo, f e c, vt sinus totus ad sinum, e c, ita esse Tangentem anguli, e c f, ad Tang e f, idest reducẽdo proportionem ad Triangulum, a c b, vt sinus totus ad sin. 2. hypotenusæ, a c, ita erit Tangens anguli, a c b, ad Tangentem 2. anguli reliqui, c a b.

Anno.

Annotatio.

SVpradictum Axioma, cum præcedentibus Corollarijs, est totius Analysis Rectangulorum Triangulorum fundamentum, ex demonstratis enim Analogijs nullum est Problema, quod circa ipsa contingat, paucis, vt infra, mutatis, non resolubile, siue modo consueto per solam multiplicationem, siue per log-morum additionem, vt verò vnusquisq; si tali pacto velit, operari possit, typum ipsarum Analogiarum, quas supra ostendimus, in ipso Triangulo, a b c, explicabimus, constituentes, maioris facilitatis gratia, semper in primo loco Sinum totum.

Typus collectarum Analogiarum in dictis Corollarijs.

	1	2	3	4
1	Vt Sin.tot.	Ad Sin.ang.obliq.c a b,	Ita Sin.hypot.c a,	Ad Sin.crur.oppo.c b,
2	Vt Sin tot.	Ad Sin.cruris, b a,	Ita Tang.ang a,	Ad Tāg.cru.oppo.c b.
3	Vt Sin.tot.	Ad Sin. 2.cruris, b c,	Ita Sin 2.crur.a b,	Ad Sin. 2.hypoten.a c.
4	Vt Sin.tot.	Ad Sin. 2.ang. b a c,	Ita Tāg.2.cru.a b,	Ad Tang. 2.hypot.a c.
5	Vt Sin.tot.	Ad Sn vnius obliq.b c a	Ita Sin. 2.crur. b c,	Ad Sin 2.anguli, b a c.
6	Vt Sin.tot.	Ad Sin. 2.hypot.a c,	Ita Tang.ang.a c b	Ad Tang.2.ang.c a b.

Annotatio.

SVpradictæ Analogiæ habentur per ordinem, à dictis Corollarijs, sc. prima à primo Corollario, secunda à secundo, tertia à tertio, quarta à quarto, quinta à quinto, sexta tandem à sexto, Coroll. licet aliter, ac ibi acceptæ fuerunt, nonnullas aptauerimus, scilicet vel, cōuersis, vel, permutatis terminis, veluti quoq; cuique liberum erit easdem commutare, etenim ex. g. nedum prima Analogia, vt disposita fuit veritatem habet, sed etiam, conuersis terminis, nempè. Vt Sinus anguli obliqui, c a b, ad Sinum totum, ita Sinus cruris oppositi, c b, ad Sinum hypotenusę, c a; Vel, permutatis terminis, Vt Sinus totus, ad Sinum hypotenusæ, c a, ita Sinus anguli obliqui, c a b, ad Sinum cruris oppositi, c b, quæ rursus etiam conuersis terminis vsurpari potest nempè, Vt Sinus hypotenusę, c a, ad Sinum totum, ita Sinus cruris oppositi, c b, ad Sinū anguli obliqui, c a b, & eodē modo in cęteris Analogijs hęc commutatio fieri potest.

Insuper eædem par vniuersales Analogias, quas p. p. Cap. 7. nos ostendimus, etiam commutari possunt, quas hic recensere forte inutile non erit, sunt autem quinq.

Analogiæ vniuersales.

1 Vt Sin. Ad Sin. tot. Ita Sin. tot. Ad Secantem secundam } eiusdem arcus, vel anguli.
2 Vt Tãg. Ad Sin. tot. Ita Sin. tot. Ad Tangen. secundam.
3 Vt Si. 2. Ad Sin. pr. Ita Sin. tot. Ad Tangentem primam
4 Sinus duorum arcuum, vel angulorum, Secantibus 2. eorundem sunt reciprocè proportionales, & è conuerso Secantes primæ sinibus 2. Vt etiam tres prædictæ inuerti possunt.
5 Tangentes duorum arcuum, vel angulorum, Tangentibus 2. eorundem reciprocè sunt proportionales.

PRæfatis ergo Analogijs vniuersalibus vtemur ad commutandam vnam proportionem in aliam, prout magis viderimus expedire, igitur ex. g. in prima Collectarum Analogiarum priorem proportionem, quam habet sinus totus ad sinum anguli obliqui, c a b, possem merito primæ Analogiæ vniuersalis conuersim acceptæ cõmutare in proportionem, quam habet Secãs 2. anguli obliqui, c a b, ad sinum totum. Similiter posteriorẽ proportionem, quam habet Sinus hypotenusæ, c a, ad sinum cruris oppositi, c b, in hanc, merito 5. Analogiæ vniuersalis, commutare, nempe, quam habet secans 2. cruris oppositi, c b, ad Secantem 2. hypotenusæ, c a; & sic staret eadem Analogia. Vt secans 2. anguli obliqui, c a b, Ad Sinum totum, ita secans 2. cruris, c b, ad Secantem 2. hypotenusæ, c a, quæ æquipollet eidem primæ; licet enim termini immutentur, proportiones tamen eædem semper per has vniuersales Analogias conseruantur, his ergo vtuntur Trigonometrici ad varia Problemata efformanda, ꝑdictę aũt collectæ Analogiæ etsi quidẽ sufficerent ad oẽm Problematũ varietatẽ resoluẽdã, si easdẽ, vel ꝑmutatis, vel cõuersis terminis, qñ op[us] esset, adhiberem[us], vt tñ hũc quoq. laborẽ subleuemus, easdẽ Analogias, cũ alijs quibusdã ex eisdẽ deductis auxilio Analogiarũ vniuersaliũ hic subiungemus, vt in omni casuum varietate solutio haberi possit, existente in primo

suo loco ſinu toto,ſic enim vel per ſolam multiplicationē,ſi velimus nō per log. os operari, vel qñq;certitudinis logarithmorum facilè periculum facere ; vel per ſolam logarithmorum ſecundi, & tertij termini additionem (pręciſa à facta ſumma conſueta vnitate) omnis in Triangulis Sphęricis Rectangulis calculus facillimè expediri poterit; has ergo, præfatis dimiſſis; Analogias in Rectangulis appellabimus.

Analogia in Rectangulis.

	1	2	3	4
1	Vt	Ad ſin.ang.obliq.c a b	Ita ſin.hypoc.c a	Ad ſin.crur.opp.c b.
2	Sin.	Ad ſin.cruris,b a,	Ita Tang ang.a,	Ad Tang crur.op.c b
3	To.	Ad ſin.2.cruris b c,	Ita ſin.2 cru.a b,	Ad ſin.2.hypote.a c.
4		Ad ſin.2.anguli,b a c,	Ita Tāg.2.cru.a b	Ad Tāg 2 hypot a c.
5		Ad ſin.ang.obliq.b c a,	Ita ſin.2 crur. b c	Ad ſin 2.anguli.b a c
6		Ad ſin.2.hypot.a c,	Ita Tang.āg. a c b	Ad Tang.2.ang.c ab
7		Ad ſecantē 2 b a,cruris	Ita Tāg.c b,cruris	Ad tang.ang oppo.a
8		Ad ſin.2 cruris b c,	Ita ſec hypot.a c,	Ad ſecant. cruris,a b
9		Ad ſecantē 2.hypot.c a	Ita ſin.cruris.c b,	Ad ſin.angul.oppo.a
10		Ad Tāgentē cruris,a b,	Ita Tāg.2 hyp.a c	Ad ſin.2.ang adiac a
11		Ad ſecantē anguli,b a c,	Ita Tan.2.hyp.a c	Ad Tang.2.crur. a b
12		Ad ſecantem cruris,b c,	Ita ſin 2.āguli,a,	Ad ſin.anguli,b c a
13		Ad ſecātem 2.anguli,a,	Ita ſin.op.cru c b,	Ad ſin.hypotenu.c a
14		Ad Tang.2.anguli,a,	Ita Tā cru.op.c b	Ad ſin.cruris,b a
15		Ad Tang.2.anguli,a c,b	Ita Tā.2.āg.c a b,	Ad ſin.2.hypote. a c
16		Ad ſecātē 2.āguli,b c a,	Ita Sin 2.ang b a c	Ad ſin.2.cru b c. op. ipſi,a.

Suprapoſitę quidem Analogię,quoad priores 6. ex iam dictis ſunt manifeſtę,quoad poſteriores vero ratio ex eiſdem ſex, auxilio Analogiarum vniuerſalium ſic eſt enucleanda.

7 Septima ergo Analogia oritur ex 2.terminis conuerſis accepta,auxilio primę Analogiarum vniuerſalium, & enim in dicta 2. Analogia, conuerſis terminis, Vt ſinus cruris, b a. ad Sinum totum,ideſt, per primam Analogiarum vniuerſalium, Vt ſinus totus ad ſecantem 2.cruris, b a. ita Tangens, c b. cruris oppoſiti,ad Tangentem anguli,a, ideo 7. Analogia rectè ſe habet.

8 Similiter in 3. Vt ſinus totus ad ſinum 2. cruris, b c, ita ſinus 2. cruris, a b, ad Sinum 2. hypotenuſæ, a c, ideſt, per 4. Analogiarum vniuerſalium, ita ſecans hypotenuſę, a c, ad ſecantem cruris, a b. ergo 8. Analogia vera eſt.

9 Pariter in Prima, permutatis, & deinde cõuerſis terminis, vt ſinus hypotenuſæ, c a, ad ſinum totum, ideſt, vt ſinus totus ad ſec. 2. hypot. c a, ita ſinus cruris, c b, ad ſinum cruris, b a, vt eſt 9 Analogia.

10 Item in 4. Analog. pmutatis, & conuerſis terminis, vt Tang. 2. cruris, a b, ad ſin. totum, ideſt, vt ſinus totus, ad Tang. cruris, a b. per 1. Analog. vniuerſ. ita Tangens 2. hypot. a c, ad ſinũ 2. anguli, b a c, iuxta 10 Analogiam.

11 Item in 4 terminis cõuerſis, Vt ſinus 2. ang. b a c, ad ſin. totũ; ideſt ſinus totus ad ſecantẽ anguli, b a c, ita Tangens 2. hyp. a c, ad Tang. 2. cruris, a b, vt in 11. Analogia.

12 In 5. Analogia ſimiliter, permutatis & conuerſis terminis, Vt ſinus 2. cruris, b c, ad ſinum totum, ideſt, vt ſinus totus ad ſecantem cruris, b c, ita ſin. 2. ang. b a c, ad ſin. ang. obliq. b c a, vt in 12. Analogia.

13 In prima verò, conuerſis terminis, Vt ſinus anguli obliqui, c a b, ad ſinum totum; ideſt, vt Sinus totus ad ſecantem 2. anguli obliqui, c a b, ita ſinus cruris, c b, ad Sinum hypotenuſæ, c a, & ideò Analogia 13 rectè ſe habet.

14 Item in 2. permutatis, & conuerſis terminis, vt Tangens anguli, a, ad Sinum totum, ideſt, vt, Sinus totus ad Tang. 2. anguli, a, ita Tangens cruris oppoſiti, c b, ad Sinum cruris, b a, ideoq; 14. Analogia rectè ſe habet.

15 Similiter in 6. permutatis, & conuerſis terminis, vt ſe habet Tangens anguli, a c b, ad Sinum totum, ideſt Sinus totus ad Tang. 2. anguli, a c b, ita Tangens 2. anguli, c a b, ad ſinum 2. hypotenuſæ, a c, vt ſe habet 15. Analogia.

16 Denique in 5. conuerſis terminis, vt ſinus anguli obliqui, b c a, ad ſinum totum, ideſt, vt ſinus totus ad ſecantem 2. anguli obliqui, b c a, ita ſinus 2. anguli, b a c, ad ſinum 2. cruris oppoſiti ipſi, b a c, nempe, b c, ideò 16. Analogiam, & cęteras omnes rectè ſe habere iam certo ſcimus. His autem ſolis

omnis

omnis calculus in Triangul s Rectangulis Sphęricis expediri poteſt per ſolam multiplicationem ſecundi termini in tertium, ſi conſueto modo velis operari, facta producti diuiſione per ſinum totum; vel per ſolam additionem logarithmorum conuenientium ſecundo, & tertio termino (dimiſſa à facta ſumma conſueta vnitate) ita vt hic ſine Complemẽti Arithmetici auxilio operationes omnes ad ſolam additionem reducamus; libet ergo prædictis Analogijs Regulas ſubiungere logarithmicas ab eiſdem deriuatas Caſuum varietati ſeſe accomodantes, ſunt autem Problemata, & Regulę 16. quibus omnis eorum varietas comprehenditur, ad quas ſolas, cæteris dimiſſis, quę ſupra in gratiam ſpeculationis, & fulciendæ, ac declarandæ veritatis gratia dicta ſunt, Operarij, ſiue Practici reſpicere poterunt.

Problemata, & Regulæ log cæ 16. ad Omnem, in Sphæricis Rectangulis Triangulis calculum facillimè abſoluendum.

Si quæramus.		*Regula logrithmica talis erit.*
Ex data hypoten & angulo adiac.	Crus angulo oppoſitum.	Ex Analogiarum prima; log. anguli, & hypoten. dant log. cruris oppoſiti.
	Crus angulo adiacens.	Ex 11. Tomolog. anguli; cum Mes. 2. hypot. dabit Meſ. 2. cruris angulo adiacentis.
	Angulum reliquum.	Ex 6. log. 2 hypotenuſæ, cum Meſ. angul. dabit Meſ 2. anguli reliqui obliqui.
Ex data hypotenuſa, & altero crurum.	Angulum cruri oppoſitum.	Ex 9. Tom. 2 hypotenuſæ, cum log. cruris, dabit log. anguli cruri oppoſiti.
	Angulum cruri adiacentem.	Ex 10 Meſ cruris, cum Meſ. 2. hypotenuſæ, dabit log. 2. anguli cruri adiacentis.
	Reliquũ crus.	Ex 8. log. 2. cruris, cũ Tom. hypotenuſę, dabit Tom. reliqui cruris.

7	Ex dato crure, & angulo adiac.	Crus reliquũ.	Ex 2. log. cruris, cum Meſ. anguli adiacentis, dat Meſ. reliqui cruris.
8		Angulum cruri oppoſitũ.	Ex 5. log. anguli adiacentis, cũ log. 2. cruris, dabit log. 2. anguli cruri oppoſiti.
9		Hypotenusã.	Ex 4 log 2. anguli adiacentis, cum Meſ. 2. cruris, dabit Meſ. 2. hypotenuſæ.
10	Ex dato crure, angulo oppoſito, & ſpecie vnius triũ quæſitorũ.	Crus reliquũ.	Ex 14. Meſ. 2. anguli, cum Meſ. cruris, dabit log. reliqui cruris.
11		Hypotenuſam	Ex 13. Tom. 2. anguli, cum log. cruris, dat log. hypotenuſæ.
12		Angulum reliquum.	Ex 12 log. 2. anguli, cum Tom cruris, dat log. reliqui anguli.
13	Ex datis cruribus.	Hypotenuſam	Ex 3. log. 2. cuiuſuis crurum, cũ log. 2. reliqui cruris, dabit log. 2 hypotenuſæ.
14		Angulũ cuiuis oppoſitum.	Ex 7. Meſ. cruris quæſito ãgulo oppoſiti, cũ Tom. 2 reliqui cruris, dabit Meſ ang. quęſit
15	Ex datis ãgulis obliquis.	Hypotenuſam	Ex 15. Meſ. 2. cuiuſuis ang-rũ, cũ Meſ. 2. reliqui ãguli, dabit log. 2. hypotenuſæ.
16		Crus cuiuis oppoſitum.	Ex 16. log. 2. anguli quęſito cruri oppoſiti, cum Tom. 2. reliqui anguli, dabit log. 2. cruris quæſiti.


In omnibus verò à facta summa vltimo loco ad sinistram consueta vnitas abijcienda erit. Patet autem, cuius Problemati quęnam conueniat ex suprapositis 16. Analogijs, quas Regulis logarithmicis, vt vides, præposuimus, vt ex qua fluat Analogia data Regula logarithmica illicò intuearis; & si ad calculum probandum per logarithmos habituum, volueris quandoq; multiplicationem adhibere, scias ad quam dictarũ 16. Analogiarũ, cum oblato Problemate, tibi sit recurrendum.

Admonitio.

De hoc tamen postremo in hoc Cap. calculatorem admonere volo, quod licet dictarum Analogiarum nonnullæ, cuiuis oblato Triangulo accomodentur, illę nempè, quæ per solos Sinus pertractantur, cum tamen Triangulum tibi occurrrerit habens vtraq; crura quadrante maiora, vel vnum saltem, aut duos ang. obliq. qui sint obtusi, vel vnum saltè, tunc non erit tibi vtendum Analogijs, in quibus adhibentur Tangentes, & Secantes, nec Regulis log. cis ab eisdem fluentibus, licet enim Sinus conueniant arcui, & residuo ad semicirculum, Tangentes tamen, & Secantes arcubus tantum quadrante minoribus competunt, & ideò dictę Analogiæ, aut Reg. log. cæ talium Triangulorum solutioni minimè aptæ iudicantur; Verum quo modo huic defectui succurendum sit, ne pro eisdem resoluendis inanes videamur Regulas tradidisse, nũc aperiemus. Sciat ergo calculator omnes prędictas Analogias, ac Regul. log. cas ab eisdem fluentes Triangulorum Rectangulorum omnium quorum crura sint quadrante minora (tunc autem etiam oppositi anguli sunt acuti, & basis quadrante minor ex Reg. 1. gen.) solutioni apta esse, & propterea, cum duobus datis in oblato Triangulo, auxilio Reg gener. 1. 2. & 3 animaduerteris crura non esse minora quadrantibus, tunc tale Triangulum non erit aptum solutioni per omnes dictas Analogias, siue Reg. log. cas vnde vice istius debebis Triangulum residuum ad angulum rectum solutioni substituere, quotiescũq; crura sint ambo quadrante maiora, siue anguli obliqui ambo obtusi; cum vero vnũ fuerit maius quadrante, solutioni substitues Triangulum residuum

duum ad angulum acutum (erit enim necessariò alter obliquorum acutus) & ita hoc residuum Triangulum soluere poteris, ex eius enim resolutionē, primo oblati Trianguli tibi solutionē cōparabis, sic n. poteris absq; dubio quascunq. ex dictis Analogijs, vel Regulis log-cis, quæ tibi opportunæ fuerint adhibere; sed ad maiorē intelligentiam schemate rem illustrabimus.

Detur ergo Triangulum Sphericum Rectāgulum ad, b, ipsum, d b e, cuius crura, b d, b e, sint quadrantibus maiora, vel anguli, d, e, obtusi, tunc ergo vice huius, productis, bd, b e, ad concursū, soluam Triangulum, d h e, habens, h, angulum rectum, d, e, angulos acutos, & crura, d h, e h, quadrantibus minora (quod dicitur in Def. 11. Triangulum residum ad angulum rectum, b, prædicti Trianguli, b d e,) ex cuius solutione patebunt partes Trianguli, b d e, cum sint complementa partium Trianguli, d e h, ad semicirculum.



Si vero propositum esset Triangulum, b d c, maius, &, b c, minus quadrāte, tunc vice huius, continuatis arcubus, b d, d c, continentibus angulum acutum, b d c, vsq; ad concursum in, a, soluerem Triangulum, b a c, (quod dicitur in eadem Def. 11. Triangulum residum ad angulum acutum, d, ipsius Trianguli, b d c) erit enim, b a, crus, &, b c, quadrante minus, & anguli, a, c, acuti, & ideò Triangulum aptum solutioni, ex qua innotescent partes Trianguli propositi, b d c, est enim crus, b c, commune, crus, b a, & hypotenusa, a c, residuum ad semicirculum, ipsorum, b d, c d, angulus, a, æqualis angulo, d, p Proprietatem 9. huius, & angulus, b c a, residuum ad duos rectos, vnde illis cognitis, istæ non latebunt.


Vsus dictarum Regularum ad soluenda quadrantalia, quorum vnum tantum latus est quadrans, & nullus angulus rectus.

LIcet hucusq; visum fuerit, quomodo supradictæ Regulæ log cę soluant Triangula Sphærica habentia angulum rectum vnum tantum, & nullum latus quadrans; vt tamen præsentis Capitis titulo satisfiat, videndum restat, quomodo, merito dictarum Regularum, quadrantalis simplicis, cuius sit vnũ tantum latus quadrans & nullus angulus rectus, solutio haberi possit; hoc autem facilè obtinebimus, si tali oblato Triãgulo, sciemus Triangulum aliud solutioni prędictas Regulas aptum substituere, ex cuius partium notitia istius partes consequenter haberi possint.

Triangulum ergo latere quadrantale simplex quoad reliqua latera à quadrante tripliciter variari potest, vel enim reliqua duo latera sunt quadrantibus minora, vel quadrantibus maiora, vel vnum minus, & alterum quadrante maius, in primo quidẽ casu erunt anguli quadranti adiacentes acuti, & reliquus obtusus, vt in schemate videbimus, in secundo casu omnes erunt obtusi ex Reg. gen. 8. in tertio vero, qui minori quadrante opponetur acutus erit; in primo quidem, & tertio casu, vno, & eodem modo inuenitur quoddam Triangulum, quod propositi quadrantalis solutionem, in tertio vero casu nonnihil differenter tale Triangulum adiuenitur, sed vt lucidior res euadat schematibus illustretur.

Sit ergo in primo schemate Triangulum, quale dictum est, a b e, cuius latus, a e, quadrans, &, a b, b e, singilatim quadrantibus minora, sint etiam latera, a d, d e, aliud Triangulum, a d e, constituentia, a d, quidem maius, &, d e, minus quadrante; accipiamus insuper, a c, quadranti æquale, & per puncta, c e, arcus circuli maximi, c e, ductus sit, fit ergo, a c e, Triãgulũ rectãgulũ ad, c, e, & ideo fit, b c e, rectãgulũ, siue quadrãtale simplex ad, c, cuius crus, c b, est minus quadrante, vt etiam hypotenusa, b e, & propterea etiam crus, c e, est minus quadrante, vnde & angulus, a, est acutus, sicut etiam anguli, c b e, c e b, vnde angulus,

a b e,est obtusus,&,a e b,acutus, vt dicebatur, est ergo Triangulum,b c e, solutioni per dictas Regulas aptum: Videamus nunc in Triangulo, a d e, quid contingat, capto igitur,a c, quadrante, & iuncto,c e, arcu circuli, maximi, sit,a c e,habens latera, a c,a e, quadrantes,rectāgulum ad, c,e, vnde etiam,d c e, est rectangulum ad, c, & quia, hypotenusa,d e, est minor quadrante, & crus, d c, pariter minus quadrante,reliquum etiam crus,c e,per Reg. 2.Gener.erit minus quadrante,& illi oppositus angulus ad,a, acutus, & obtusus a e d,acuti vero,c d e,c e d,vnde,c d e,Triangulum solutioni per dictas Regulas aptum erit.



Sit tandem in 2.schemate Triangulum,a b e,cuius latus quadrās, a e,& quadrante singillatim maiora,a b,b e,erunt igitur omnes anguli obtusi,vt dictum est,continuentur ergo,b a,b e, versus, a e,vsq; ad concursum,vt in,d,erit ergo angulus,e a d, acutus, a e, quadrans pro Triangulo,a d e, &,a d,d e, singillatim quadrāte minores,vnde veluti in primo schemate,producto,a d c, vt fiat,a c,quadrans,iunctoq; arcu circuli maximi,e c,inueniemus, vt ibi, Triangulum,c d e, solutioni per dictas Regulas aptum,hęc ergo inuenta Triangula,c b e,in p.&,c d e,in 2.schemate,a c,in primo,vocabimus cōplementa quadrantalia Triā-gulorum,a b e,a d e,primo propositorum in singulis tribus casibus. Reliquum verò est,vt ostendam, quomodo horum solutio illorum solutionem præstet; quoniā ergo Triangulum, c b e,c d e,hanc habēt cognationem cum Triangulo,a b e,in 1. & 2 schemate,vt,c e,adæquetur angulo,a,c b, sit Complementum ad quadrantē ipsius,b a,b e,sit commune,angulus,c b e,sit complementum ad semicirculum anguli,a b e, &, c e b, complementum ad quadrantē anguli, c e a, propterea notificatis partibus Trianguli,b c e,habentur partes Trianguli,a b e,illi-

cò

cò notæ; non dissimiliter contingit in Triangulo, c d e, primi schematis, est enim, d e, commune vtrisq; Triangulis, d c e, d a e, item, d c, complementum supra quadrantem arcus, a d, similiter, c e, æquatur angulo, a, angulus, c e d, est complementum anguli, a e d, supra rectum, & angulus, d, vtrisq; communis, vnde notis partibus Trianguli, c d e, notæ habentur partes Trianguli, a d e, oblato ergo Triangulo latere quadrantale simplici, pro eo soluemus suum complementũ quadrantale, & sic huiusce partium notitiam, æquè ac partium Trianguli rectanguli, per easdem Regulas nobis comparare facilè poterimus; tam ergo multiplicium, quam simplicium quadrantalium solutionem per superius dicta tandem certè possidemus.

Opus denique sanè esset ad doctrinæ complementum, dictarum Regularum exempla subiungere, sed quia hoc in sequenti Capite præstabimus, in quo maius compendium pro soluendis quadrantalibus simplicibus, edocebimus, non quod iam dicta ad omnem in illis calculum perficiendum non sint sufficientissima, sed vt pulcherrimum quoddam Neperi ad hoc Inuentum, quantum in nobis est, ad vberiorem doctrinam hic appositum propria demonstratione, quam nec ipse Neperus, nec Beniamin Vrsinus, qui eam ab ipso desumpsit, nec alius, quem viderim, hucusq attulit, propterea nos illustremus.

Cap. III.

De Triangulorum Quadrantalium simplicium Calculo, de Axiomate proportionum in ipsis secundo, ac Regula vnica log-ca generalissima ad omnem eorum calculum perficiendum.


Antequam ad Inuentum Neperi explicandum accedam, hoc in primis presciendum est, nempè, vt illius Axioma quod lib. 2. Cap. 4. Num. 8. absque demonstratione scriptum reliquit, in calculo Triangulorum quadrãtalium adhiberi vbique possit, si oblatum Triangulum quadrantale simplex, siue ratione vnius anguli recti, siue ratione vnius lateris quadranti æqua-

lis,habuerit crura, siue reliqua latera non minora quadrante, inueniendum esse Triangulum, quod habeat crura, siue latera quadrante singillatim minora, hoc enim solutioni aptum erit, ex quo propositi Trianguli pariter solutio cōsequetur, hāc qui dē inuētionē pro Triangulis rectangulis, nempè Trianguli residui ad rectum, vel acutum angulum oblati Trianguli docuimus in ant. Capite; pro reliquis verò quadrantalibus simplicibus, ratione lateris quadrantis, facilè ex superioribus proximis schematibus addisci potest: Si enim ambo latera sint quadrāte maiora, vt in Triangulo, a b c, 2. schematis, facta, vt dictū est continuatione inuenietur Triang. a b c, solutioni aptū ex cuius partibus notis, prædicti, a b e, partes, vt facilè patet, innotescēt; Si vero vnum latus fuerit quadrante maius, & reliquum minus, vt in, a d e, Triangulo p. schematis, tunc sumpto in, a c, quadrāte arcu, c b, æquali ipsi, c d, & ducto, c e, fiet, a b e, Triangulum solutioni aptum, quæ ipsius, a d e, solutionem quoq; prestabit, est enim, a e, communis, & angulus, a, latus, b e, equale, d e, per Proprietatem 11. huius, angulus, a b e, complementum ad duos rectos anguli, a d e, nam, a d e, per Propriet. 11. huius æquatur angulo, e b d, item angulus, b e a, dabit complementi ad rectum angulum duplum, b e d, & latus, a b, cognitum dabit duplum complementi ad quadrantem notum, nempè arcum, b d, vnde & angulus, a e d, & arcus, a d, noti fient, illius ergo solutio Triā guli, a d e, solutionem præstabit; igitur ante omnia hanc commutationem facere (nisi oblatum Triāgulum habeat crura, vel latera singillatim quadrantibus minora) opus erit, super his enim formatur Axioma, & Regula logica, quæ dum substituto Triangulo applicatur, insimul nobis oblati Trianguli, vt dictū est solutionem prestat, de his ergo Triangulis, quorum crura, vel latera singillatim quadrantibus sint minora solummodo mentionem faciemus, cum, media tali commutatione, ad omnia Triangula Sphærica resoluenda facillimum nobis aditum hęc, vti dictum est, præbere possint.

His ritè perceptis, superest, vt quędam nomina, quibus vtimur in huiuscemodi Triangulis resoluendis explicemus. Sciendum est ergo, cum Trianguli cuiuslibet sex partes enumerentur, sc. tres

tres anguli, & tria latera, horum quinque tantum in considerationem esse assumẽdas, dimissa sexta, quę erit angulus rectus, vel latus, quod est quadrans, hic enim, vel illud sub axiomate non cadit, sed cęterę tantum quinque partes; Has imaginari semper debemus, ac si essent in circulum, siue in pentagonalẽ ordinem dispositæ, nihil impediente hunc ordinem ipso angulo recto, vel latere quadrante, tamquam si easdem partes quinque haberes in apicibus quinque digitorum ipsius manus; optimè ergo, puto, intelligere, ac secernere valeas has quinque partes; Verum vlterius scire debemus, quod licet ad maiorẽ claritatem ipsas partes, prout se habent dixerim accipiendas esse, tamen, vt axiomati Triangulum accomodetur, calculi commoditatis gratia, dictarum quinque partium eas tres, quæ magis ab angulo recto in primo Triangulorum genere, in secundo vero magis à quadrante remouentur, non sic retinendas esse, sed illarum vice, singularum complementa ad quadrantẽ substituenda esse sic enim tibi in oblato Triangulo constitues quinque partes, quę legitimè axiomati subijci poterunt, nempè duas, quæ non mutãtur, & sunt proximæ angulo recto, vel quadranti, & tres, quarum vice sumimus ipsarum complementa, & sunt ab angulo recto, vel quadrante remotiores; habita harum quinque partium, quas legitimas poterimus appellare, conditione, quamuis earum assumpseris in pentagonalem oridnem dispositarum, reperietur illa semper ad dextram, & sinistram habere duas dictarum partium vicinas, & duas remotas, illam ergo Intermediam; laterales proximas, Extremas circumpositas, laterales uero remotas, extremas oppositas vocat ipse Neperus, nos vero, retento nomine Intermediæ, laterales proximas vocabimus, extremas vicinas, laterales vero remotas dicemus extremas remotas, mihi enim per hæc nomina facilius res appredendi videtur, cum retineamus nomen extremi, variata distantiarum conditione tantum: Patet igitur, quòd quęlibet dictarum quinq; partium legitimarum, potest esse Intermedia, siue sit angulus, siue latus, & tunc reliquæ eidem famulantur, duæ nempe extremæ vicinæ, & duæ extremæ remotæ, sed vt melius hæc nomina teneantur, in figura rem inspiciamus.

Sit



Sit ergo Triangulum sphericum rectangulũ ad,c,ideſt primi generis ,ipſum, b c d,in eo igitur quinque partes primo intuitu apprehenſę, dimiſſo angulo recto,ſunt latus, c b, angulus,b, latus,b d,angulus,d,latus, d c,deinceps ſeſe conſequentes,partes verò legitimæ erunt,ipſum latus,c b,Complemẽtum anguli,b, Complem. lateris, b d, Compl anguli,d, & ipſum latus,d c, ordine deinceps ſeſe conſequentes, vides ergo proximas angulo recto retineri,nempè,c b,c d, tres verò remotiores;anguli,b,latus,b d, & angulũ, d, commutari in ſua complementa ad quadrantem , ex omni igitur Triangulo ſolutioni cõgruo,dictæ partes legitimę quinque ſunt mente concipiendæ, ac eruendæ, vt illis axioma accommodari poſſit.

Videamus nunc quomodo in Triangulis quadrantalibus ſimplicibus ratione lateris quadrantis,dictę partes quinq; legitimæ eliciantur;ſuppono autem tale Triangulum eſſe ſolutioni congruum,ideſt habere duo latera, vltra quadrantem , ſingillatim quadrãtib.minora.Sit ergo ex.g.tale Triang.a b d,cuius latus, a d,quadrans,a b,b d, latera ſingillatim quadrantib.minora, quinq; ergo partes , dimiſſo quadrante,a d, primo intuitu apparent iſtæ,nempè , angulus, a, latus,a b,angulus, b, latus,b d, angulus,d,verum, conuerſis tribus à quadrante,a d, remotioribus in ſua complementa , quinq; partes legitimæ in eo fient iſtæ,ſcilicet,ipſe angulus,a, Complementum lateris, a b, complem.anguli, b, complem.lateris,b d,& ipſe angulus,d, ſcimus ergo in vtroque Triangulorum genere , quę ſint quinque partes legitimæ. Non eſt autem hoc admirabile reticendum, quod,ſi,producto,a b,vt fiat quadrãs,a c ,ducatur arcus circuli maximi,c d,& conſtituatur Triangulum rectangulum,b c d,ad ipſum,c quod Trianguli,a b d,à nobis in antecedenti Cap. dictum eſt Complementum quadrantale, quinque partes legiti-

mas

mas Trianguli, a b d, prorsus identificari quinque partibus legitimis Trianguli, b c d, sui complementi quadrantalis, cum verò quodlibet Triangulum quadrantale simplex, ratione lateris quadrantis habens latera minora quadrante, singillatim, habeat Triangulum sui Complementum quadrantale, vt ex dictis propè finem Cap. ant. etiam addisci potest, eo modo, quo de Triangulo, a b d, dictum est; ideo quod de quinq; partibus legitimis vnius ostendet, de quinq; partibus legitimis alterius etiam ostensum erit, quod vero identificentur illę clarissimum est in apposita vtriusq. partium serie; in Triãgulo quidẽ, b c d, initium fecimus à latere, c d, & in, a b d, ab angulo, a, quia isti inuicem adæquantur, sicut & cęteri deinceps, quos è regione ad inuicem scriptos esse vides, etenim Comp. anguli, c d b, est ipse angulus, a d b, Comp. lateris, d b, est commune, Comp. anguli, d b c, ad quadrantem idem est Comp. anguli, a b d, ad ipsum quadrantem, eadem enim quantitate singuli differunt à quadrante, licet vnus supra, & alter sit infra quadrantem, & tandem latus, b c, est Comp. lateris, a b, primis ergo æqualibus cętæræ ordine deinceps sese consequentes sibi inuicem adequantur, neq; confundaris, quamuis complementa semper Complementis, latera lateribus, vel angulis ang. adæquari nõ videas, hoc, n. nihil referet ad verificandũ in vtrisq; idem axioma, vt patebit; sicut etiam non refert, quod æque remotæ ab angulo recto, & à latere quadrante, non sint illę, quæ adæquentur, sufficit enim quinq; partibus legitimis Trianguli, b c d, respondere in æqualitate quinque partes legitimas Triãguli, a b d, nullo habito respectu ad angulum rectum, c, vel quadrantem, a d, sed tantum partibus sese deinceps consequentibus,

Partes legitimæ in Triangulo.

B C D		A B D	
Latus.	C D	Angulus.	B A D
Comp. Anguli.	CDB	Angulus.	A D B
Comp. lateris.	BD	Comp. lateris.	D B
Comp. Anguli.	DBC	Comp. Anguli.	ABD
Latus.	BC	Comp. lateris.	A B

bus, axioma etenim tali ordinis dependentię non alligatur, vt mox constabit, harum ergo quinq; partium legitimarũ quælibet pōt assumi tanq̃ Intermedia, & inde hñr extremę vicinę, & extremæ remotæ, si ergo assumpseris Cōp. d b. tāq̃ Intermediā, extremæ vicinę erunt Comp. anguli, c d b, Comp. anguli, d b c, extremæ verò remotę latera, c d, b c; Si assumpseris Comp. anguli, c d b, tamquam partem Intermediam, extremę erunt latus, cd, Comp. lateris, d b, extremæ verò remotę erunt Comp. d b c, & latus, b c; si Intermedia fuerit latus, c d, extremæ vicinæ erunt Comp. anguli, c d b, latus, b c, extremæ remotæ verò Comp. d b, Comp. anguli, d b c; si Intermedia fuerit, b c, extremæ vicinæ erunt, c d, Comp. anguli, d b c, extremę remotæ verò Comp. d b, Comp. anguli, c d b; & si tandem Intermedia fuerit Comp. anguli, d b c, extremæ vicinę erunt Comp. d b, & latus, b c, extremę remotę vero, Compl. anguli, c d b, & latus, c d, & sic procedemus in Triangulo quoq; ab d, patet ergò, quod cum dictarum quinq; partium vnaquæq; possit assumi pro Intermedia, & cuilibet intermediæ famulentur duæ extremæ vicinæ, ex quibus constituitur vna triplicitas, & duæ extremę remotæ, ex quibus constituitur alia triplicitas, quod quamlibet Intermediam consequuntur duę triplicitates, & quinq; Intermedias consequuntur decem triplicitates, quinque scilicet merito extremarum vicinarum, & quinque merito extremarum remotarum, & nulla alia triplicitas constitui poteſt, super his ergo triplicitatibus, formauit Neperus tale Axioma duplici parte constans, vna, quæ concernit extremas vicinas, alia vero, quę respicit extremas remotas, est autem tale.




Axioma 2. Triangulorum Sphaericorum, quadrantalibus simplicibus inseruiens.

VT Tangens cuiuslibet extremæ vicinæ se habet ad Sinum suæ Intermediç, ita sinus totus, se habet ad Tangentem reliquç extremæ vicinæ: Et vt Sinus 2. cuiuslibet extremæ remotæ, se habet ad Sinum suæ Intermediç, ita Sinus totus ad Sinum 2. reliquç extremæ remotç.

Ratio Axiomatis.

SIc Neperus pronuntiauit, licet demonstrationem non tradiderit, nos autem per singulas triplicitates ipsius veritatem conabimur demonstrare.

Primò ergo assumamus tamquam intermediam Comp. anguli, d, ostendendũ ergo est, vt Tãgens, c d, extremæ vicinæ ad Sinum comp. anguli, d ita esse Sinum totum ad Tangentem Comp. d b, reliquç extremæ vicinæ. Sed hoc habetur ex 10. Analogia, est enim ibi, Sinus totus ad Tangentem cruris, c d, vt Tãgens 2. hypot. b d, ad Sinum 2. anguli adiacentis, d, ergo, permutando, vt Sinus totus ad Tang. 2. hypo. b d, ita Tang. cruris, c d, ad Sinum 2. anguli, d, idest, vt Tãgens cruris, c d, ad Sinum 2. anguli, d, ita Sinus totus ad Tang. 2. hypot. d b, & sic è conuersò, vt Tangens. 2. hyp. b d, ad Sinum totum, ita Sinus 2. anguli, d, ad Tangentem cruris, c d, & permutando, vt Tang. 2. b d, ad Sinum 2. anguli, ita Sinus totus ad Tang. c d, huius ergo triplicitatis, c d, c d b, db, veritas patet. Sequitur.n. esse, vt Tangens, c d, ad Sinum Comp. anguli, d, ita Sinum totum ad Tang. Comp. b d: & è conuerso, vt Tang. Comp. b d, ad Sinum Comp. d. ita esse Sinum totum ad Tang. c d, iuxta ergo hanc methodum cum triplicitates probauerimus ordine directo, etiam ordine conuerso probatas esse supponemus, sufficit enim incipientes ab vltimo termino, easdem proportiones accipere, terminis conuersis, ac



permutatis, sic enim triplicitates conuersè, siue ordine retrogrado acceptæ Axiomati concordare omnes conspicietur. Retenta rursus eadem Intermedia, dico Sinum 2.cruris,c b,extremę remotæ ad Sinum Comp. anguli, d, esse, vt Sinus totus ad Sinum 2.reliquę extremę,nempe Comp anguli b; & è conuersò,quod habetur ex 5.Analogia,incipientes enim à tertio termino, Vt Sinus 2.cruris,b c, se habet ad Sinum 2. idest ad proprium Sinum Comp.anguli,d,ita Sinus totus se habet ad Sinũ proprium anguli,b qui est Sin.2.Comp.anguli.b,vnde retrogradè etiam Sinus 2.Comp.anguli,b,extremę remotę ad Sinũ Comp.d,erit, vt Sinus totus ad Sinum 2. b c, reliquę extremę remtoę; caue autem ne confundaris,dum audis Sin.2.vel Tãg. 2.Complementi talis arcus,vel anguli, cum enim tres partes à recto,vel quadrante remotas iam subintelligamus conuersas in sua Complementa,propterea, vt Axiomatis veritatem ostendamus,sic loquendum est.

Secundo Sit Intermedia Comp.b d,igitur ex 15. Analogia incipiendo à tertio termino, vt Tangens 2.anguli, d, ad Sinum 2. hypot.d b,ita sinus totus ad Tang.2.anguli,b,idest,vt propria Tangens Comp.d, ad proprium sinum,d b, ita sinus totus ad propriam Tang. Comp.b, quod etiam retrogradè verificatur quoad dictas extremas vicinas. Similiter ex 3.Analogia incipiendo à tertio termino,vt sinus 2.cruris, c d,vnius extremarum remotarum, ad sinum 2.Intermedię,b d,hypotenusę, idest ad proprium sinum Intermedię,b d,ita sinus totus ad sinum 2. b c,idest alterius extremę remotę,quod etiam retrogradè verũ est, vtraq; ergo pars Axiomatis in his duabus triplicitatibus veritatem habere comperitur.

Tertio Sit Intermedia Com.anguli,b, hic ergo patet, quod eodẽ modo curret demonstratio, vt quando in prima assumpta est pro Intermedia Comp.d,vtrobiq;enim eodem modo vsurpantur illi congruentes analogię, mediat enim,b,inter crus, & hypot.vt etiam angulus, d,vnde eodem modo, vt in prima triplicitatem factam tam respectu extremarum vicinarum, quam remotarum,iuxta Axioma se habere supponemus.

Quarto Sit Intermedia,b c,igitur ex 14. Analogia, incipiendo à

tertio

tertio termino, vt Tangens cruris, c d, ad sinum cruris, c b, ita sinus totus ad Tang. 2. anguli, b, idest, vt Tangens extremę vicinę, d c, ad sinum, c b, Intermedię, ita sinus totus ad Tāg. e m, anguli, b, idest ad propriam Tangentem Comp anguli, b, reliquę extremę vicinę; quod & retrogradè verificatur. Sit adhuc eadem Intermedia, quoniam ergo ex prima Analogia, incipiēdo à secundo termino, vt secundus ad quartum, ita primus ad tertium, permutando, idest, vt sinus anguli, d, ad sinum cruris oppositi, c b, ita sinus totus ad sinum hypotenusę, b d, ideò, vt sinus anguli, d, hoc est vt sinus 2. Comp. anguli, d, extremę remotę, ad sinum Intermedię, c b, ita sinus totus ad sinum, b d, hoc est ad sinum 2. Comp. b d, reliquę extremę remotę, quod & retrogradè verificatur.

Quinto & vltimò Sit Intermedia c d, quoniam ergo, c d, est crus medians inter Comp. hypoten. b d, & Compl. anguli, b, extremas remotas eodem modo, quo crus, b c, mediat inter Comp. hypotenusę eiusdem, b d, & Comp. anguli, d, ideo de hac, ac de quarta Intermedia eodem modo quoad vtramq; partem expedietur demonstratio, per quam ostendemus Tang. b c, extremę vicinę, ad sinum, c d, Intermedię esse, vt sinus totus ad Tang. propriam Comp. anguli, d, reliquę extremę vicinę; quod & retrogradè verificabitur. Similiter ostendemus sinū 2. Com. anguli, b, extremę remotę, esse ad sinum, c d, Intermedię, vt sinus totus, ad sinum 2. Comp. b d, reliquę extremę remotę, quod etiam retrogradè verificabitur.

Patet ergo in omnibus decem Triplicitatibus Axioma verificari, siue illæ directè, siue rotrogradè accipiantur; quoniam vero oblato Triangulo quocumq; quod respectu lateris quadranti æqualis sit quadrātale simplex, illius quinque partes legitimæ cū quinq; partibus legitimis Triāg. rectāg. qđ appellatur illius Cōplemētū quadrātale, vt supra dicebatur, idētificātur, ideò cū Axioma demonstrauerimus verum esse in quinq; partibus legitimis cuiuscunq; Trianguli Sphærici simplicis quadrantalis, hoc ipsum etiam in quinq; partibus legitimis Trianguli, cuiuscunq; Sphærici simplicis quadrantalis respectu lateris quadranti æqualis, pariter verum esse ideò concludemus; cum

ergo propositum fuerit aliquod Triangulū quadrantale simplex per Axioma supradictum resoluendum, quinq; partium in eodem oportebit semper tres à quadrante remotiores, siue angulo, siue latere, in sua Complementa conuertere, vt habeas quinquè partes legitimas oblati Trianguli, quibus supradictū Axioma congruere dictum est.

Regula log-ca generalissima ad omnem in Sphæricis Triangulis quadrantalibus simplicibus calculum expediendum, ab Axiomate 2. deriuata.

LOgarithmus Intermediȩ æquatur Mesologarithmis extremarum vicinarum, & logarithmis secundis extremarum remotarum, si ab eorum summa solitam dempseris vnitatem vltimo loco ad sinistram.

Ratio Regulæ.

ORitur ex Prop. 5. Cap. 7. primȩ partis, log-mi enim extremorum ȩquantur log-mis mediorum in quantitatibus pro portionalibus, vnde cum ex Axiomate 2. Sit vt Tangens extremæ vicinæ ad sinum Intermediæ, ita sinus totus ad Tangentem reliquæ extremȩ vicinæ, ideò log-mi extremorum, hoc est Mes. extremarū vicinarū ȩquantur log-mo Intermediæ, cū log-mo Sinus Totius, sed hunc auferimus tollendo sæpè dictā vnitatem vltimo loco ad sinistram à facta summa, igitur Mesol. extremarum vicinarum (dempta dicta vnitate) æquantur log. Intermediæ cum log-mo sinus totius, sed hunc auferimus tollendo sȩpè dictam vnitatem vltimo loco ad sinistram à facta summa, igitur Mesolog-mi extremarum vicinarum (dempta dicta vnitate) æquantur log-mo Intermediæ. Similiter, quia ex eodem Axiomate, vt sinus 2. extremȩ remotæ se habet ad sinum Intermediæ, ita sinus totus ad sinum 2. reliquæ extremæ remotȩ, ideò log-mi 2. extremarum remotarum æquabuntur log-mo Intermediȩ, cum log-mo sinus totius, hoc est (dempta dicta vnitate) æquabuntur log mo eiusdem Intermediæ: In log-mis autem primi generis verificaretur Regula logarithmica, prout se habet, absque eo quod tolleremus dictā vnitatem, cum in illis log-us sinus totius sit Ciphra, qualem eam

proponit Neperus lib. 2. Cap. 4. Num. 8. variat autem in nominibus, quia, quos ego voco Mesolog. ipse Differentiales, & quos ego log-mos secundos, ipse Antilogarithmos appellat.

De Vsu præfatæ Regulæ.

IN omnibus quæstionibus quæ circa Triangula quadrantalia simplicia proponuntur, quinque partium legitimarum (circa quas semper versatur quæstio) duæ semper notæ sufficiunt ad tertiæ scientiam comparandam, efficiunt autem tres istæ necessariò aliquam dictarum decem Triplicitatum, & propterea omnis quæstio cadit sub Axiomate, ac Regula log-ca ab eodẽ emanante; dupliciter ergo quæstio proponi potest nempè, vel sic, vt ex duabus extremis siue vicinis, siue remotis quæratur Intermedia, vel sic, vt ex alterutra extremarum siue vicinarum, siue remotarum, & ex Intermedia, quęratur reliqua extrema, vtriq; casui deseruit Axioma, & Regula log ca, si enim volueris ex duabus extremis venari intermediam, additio Mesol. extremarum vicinarum, vel additio log. 2 Extremarum remotarum dabit log um Intermediæ (subintellige, dempta dicta vnitate, &c.) quod si velles ex altera extremarum, & Intermedia reliquam inuestigare extremam, tunc opus quidem esset auferre Mes. extremæ vicinæ à log-mo Intermediæ, & Residuũ auctum log-mo sinus totius esset Mes. reliquę extremæ vicinę, vel auferre log-um 2. extremæ remotæ à log-mo Intermediæ, & Residuũ auctum log-mo sinus totius, idest pręposita illi ad sinistram vnitate, esset log-us 2. reliquæ extremę remotæ, ex quo ipsas extremas tibi comparares. Verum, vt omnem operationem ad solam additionem reducamus, retento superiori modo, cum ex datis extremis quærimus Intermediam, parũper immutabimus modum venandi reliquam extremam, ex data altera extrema, & intermedia, hic autem talis erit, nempe vice subtractionis Mes. vel log. 2. efficiendę à log-mo Intermediæ, potius ad demus illorum Complementum Arithmeticum, est autem Compl. Arith. ma. Mesolog. eiusdem arcus, vel anguli, Mesolog. 2. illius arcus, vel anguli, & Com. Arith. ma. log-mi 2.

est

est Tomolog. eiusdem arcus, vel anguli, vt dicitur parte 2. Def. 13. vnde modus iste postulabit, vt addas Mesol. 2. datę extremæ vicinæ log-mo Intermediæ, & habebis Mes. quęsitæ extremæ, vel, vt addas Tomolog. datæ extremę remotę log-mo Intermedię, & habebis log-um 2. quęsitæ extremę remotæ, non est autem opus, vt factum Mesol. vel log. 2. quæsitæ extremæ augeas log-mo sinus totius, quia ob additionem Comp. Arith. esset demendus, & ratione illius, quod dictum est, addendus, verum quia Tomologarithmus, qui sumitur vice Complemẽti Arithmetici log-mi 2. est semper Comp. Arith. maius, & similiter Mesolog. 2 cum Mes. primo faciunt summam abundare duplo log-mi sin. totius, vtiq; propter hoc ab inuẽto Mes-mo, vel log-mo extremæ vicinę, vel remotæ quæsitæ consueta vnitas semper abijcienda erit.

Regula supradicta per quatuor membra distincta, ac ad solam additionem redacta.

Si quæramus.	*Regula logarithmica talis erit.*
1 Ex datis extremi vicinis Intermediam.	Mesolog-mi Extremarum vicinarum, dant log-mum Intermedię.
2 Ex datis Extremis remotis Intermediam.	Logarithmi secundi Extremarum remotarum, dãt log-um Intermediæ.
3 Ex datis vicina Extrema, & Intermedia, reliquam vicinam extremam.	Mes-us 2. vicinę Extremę datæ cum log-mo Intermedię, dabit Mes-um extremæ quæsitæ vicinæ.
4 Ex datis remota Extrema, & Intermedia, reliquam Extremam remotam.	Tomolo-us datæ Extremæ remotæ, cum log-mo Intermediæ, dabit log-um 2. quæsitæ Extremę remotę.

In omnibus verò à facta summa consueta vnitas abijcienda erit.


Maximè

Maximè autem calculo conducet, oblato soluendo Triangulo, nedum scorsim scribere quantitatē duorum notorum angulorū, vel arcuum, sed etiam eorum Complementa, sæpius enim accidet, vt log. 2. vel Mes. 2. vel Tom. 2. Complementi dati arcus, vel anguli tibi sit quærendus, qui est proprius log vel Mes. vel Tom. illius arcus, & propterea, si illos, & eorum Complementa tibi ante paraueris, expeditius calculum absolues; Hęc sunt, quę circa hunc secundum Quadrantalia simplicia calculandi modum mihi dicenda erant, vnicuiq; autem liberum erit hanc, vel antecedentis Capitis methodum adhibere, quę quidem omnia, vt lucidiora fiant Exemplis illustrabimus.

Exemplum primum.

Cuiuslibet puncti Eccliptica Declinationem inuenire.

Sit Meridianus Circul. e z q o, medietas Ecclipticæ, z a o, medietas Æquinoctialis, e a q, cuius Polus septemtrionalis, p, sit autē, a, punctum sectionis vernalis, & in quarta, a o, Eccliptica detur, i, punctum distans ab, a, Gradibus 66. in consequentia signorum, idest G. 6. Geminorū, volo huius puncti Declinationem inuestigare; Ducatur à Polo arcus, p i r, circuli maximi per punctum, i, vsq; ad Æquinoctialem, e q incidens illi in, r, erit ergo hic arcus perpendicularis ipsi, a q, vnde a r i, Triang. habebit ang. rectū ad, r, (ang. autem rectum distinctionis gratia si libuerit, signabimus



littera,

littera.r.& latus quadrans in ipsius medio littera.q, vt illic co quinque partium legitimarum nobis situs appareat) & i r, erit Declinatio puncti.i, data, similiter detur arcus, maximæ Declinationis, idest angulus.o a q, ad nostra tempora G.23. 31. 30. quærimus ergo arcum, r i, idest ex duabus extremis remotis, nempè complemento, i a, & Comp. anguli, a, quærimus intermediam, scilicet arcum, r i, scribo ergo seorsim data, & eorum complementa pro cæteris saltem operationibus, quæ circa hoc Triangulum exerceri possunt tali pacto, deinde obseruo ad hoc Problema soluendum, nempè ad inueniendum ex datis extremis remotis Intermediam Regulæ generalissimæ membro secundo mihi vtendum esse, quod præcipit, addendos esse ipsarum extremarum log os, hos ergo inuentos addo vt in forma primi Calculi, & exit (dempta vnitate &c.) log. Intermediæ siue arcus, r i, Declinationis quæsitæ G.21. 23.8. quemadmodum eã re-

Data	Arcus, A I.66.	Ang.A. G.23.31.30.
Compl.	33	66.28.30.

I

Comp.A I.log.idest A I.G.66.I.	996073
Comp.ang.A.l.2.idest ang.A,G 23.31.30.	960114
Dant l.Intermediæ, R I,G.21.23 8.	956187.

perit Maginus in primo Mobili lib.5. Prob 9. Vides autem hic, quod licet Regula generalissima log-ca præciperet addẽdos log-os 2. Compl.arcus.a i, & anguli, hoc aliud non fuit, quam præcipere additionem propriorum log-orum eorundẽ, quod etiam est iuxta Reg. 1.log cam Cap.ant per quam si eandem Declinationẽ velles inuenire posses, similiter log. anguli,

guli, a, cum log-mo hypotenusæ, a i, esset addendum, est ergo regula pro Declinatione dati puncti inuenienda, quod log us dati arcus quadrante minoris ab Æquinoctio incepti, cum log mo maximæ obliquitatis dat log-um quæsitæ Declinationis. semel ergo exquisitè inuento log o maximæ obliquitatis, oīum Eclipticæ punctorū Decl. inseruiet capiendis, quod ferè est æquè facile, ac ex propria Tabula Declinationē excerpere.

Exemplum secundum.

Ex iisdem datis quæritur ascensio recta arcus, a i.

HÆc est triplicitas extremarum vicinarum, a i, a r, cum intermedia angulo, a, igitur si iuxta Reg. 3. Membrum iunxeris Mes. 2. Comp. i a, hoc est proprium Mes. i a, cum

2

Comp. A I. Mes. 2. ideit I A. G. 66. M.	10,35142
Comp anguli, A. idest G 66 28 30. l.	996232
Dant Mes. A R. Asc rec. G. 64 6.	10,31374

log. mo Comp. Anguli, a, habebis Mes. arcus, a r, ascensionis rectæ, nempè G. 64. 6: vt in 2. calculo exquisitius autem secunda habebis, si vteris log is 7. vel 8. figurarum, Maginus enim ibid. Prob. 3 reperit talem ascensionem G. 64. 5. 58. quod log. sex figurarū nimis curtatis pro sedula inquisitione secundorum tribuendum est. Si vero eandem ascensionem rectam velis per Regulas log. ant. Cap. inquirere, nempè ex hypotenusa, a i, & angulo adiacente, a, crus adiacens, a r, iuxta Reg. 2. iunges Tom. A. cum Mes. 2 a i, & habebis Mes. 2. ipsius, a r, quem, vt supra inuenìens esse G. 64 6. vel exactè G. 64. 5. 58.

Exemplum tertium.

Ex data Ascensione recta, a r, quæritur, arcus Eccli-pticæ, a i.

EX 3. membro Regulæ, iunge Mes. 2. r a, log mo Comp. à, & habebis

3

Arcus A R. G. 64. 6. Mes. 2.	968626
Comp. A. ideft G. 66. 28. 30 I.	996232
Dant Mes. 2. A I. G. 66. 0. 0.	964858

Mes. Comp. a i, & ipsum, a i, G. 66. vt in 3. Calculo. Vel ex dato crure, a r, & angulo adiacente, a, quære per Reg. 9. ant Cap. hypotenusam, a i, & videbis hāc Regulam cum illa coincidere.

Exemplum quartum.

Ex data Declinatione, r i, quæritur, a i, arcus Eclipticæ.

OPeremur per Regulam Cap. ant. in qua ex dato crure, & angulo opposito quærimus hypotenusam, hoc est per Reg. 11. iungentes ergo Tom. 2. anguli, a, cum log mo cruris, r i, fiet log. us hypotenusæ, a i, arcus Eclipticæ G. 66. vt supra. Vel per 4. Membrum Reg. generalissimæ volens operari inuenio vtramq; operationem conincidere: Sic autem possumus, ex arcu Eclipticæ, a i, & Decl. r i, ascensionem rectam, a r, inuestigare, vel angulum, i, quem etiam facit punctum, i, in mediatione Cæli,

4

Anguli. A. G. 23. 31. 30. T. 2.	10,39886
R I. Decl. G. 21. 23. 8. 1.	956187
Dant log. A I. G. 66. 0. 0.	996073

idest

idest arcus, a i, cum meridiano, & cæterãs similiter prosequi superius enarratas triplicitates. Non dissimili arte si, e q, supponeretur Eccliptica, & z o, Æquinoctialis, & p, Polus Eccliptica, à quo ductus esset, p r, circulus latitudinis ad datum punctum in Ecclipticа, r, possemus inuenire ex duabus quibusuis partib. Triang. a r i, notis, tertiã ignotam, vt ex, a r, longitudine. r i, latit. puncti, i, ipsum Æquinoct. arcum, a i, angulum, a, maxima obliquitatis, angulum, i, quem efficit Aequinoctialis, cum circulo latitudinis ducto, p r, & cæteras similiter prosequi triplicitates; Vel si esset, e q, Ecclиptica, &, z o, Circulus alicuius Planeta, eidem inclinatus ex maxima latitudine, q o, vel angulo inclinationis, a, ad datum argumentum, a i, posses acquirere latitudinem, r i, arcum Eccliptica, a r, angulum, a i r, & similiter in eodem cæteras triplicitates exercere, quæ quidem, cum iam teneas Regulas generales, tibi meditanda relinquo, hæc autem præcipua ferè sunt, quæ in Sphæra recta considerari solent, præter ea, quæ de latitudinibus dicta sunt.

Sit nunc Meridianus circulus, e p d, medietas horizontis, c a d, medietas Aequinoctialis, e a q, secans horizontẽ in, a, puncto veri ortus solis, cuius Polus antarcticus ipse, p, nonnulla igitur adducemus adhuc Exempla ad Sphæram obliquã pertinentia, quæ dictæ Regulæ amplius manifestæ fiant.

Exemplum quintum.

Data puncti cuiusuis Eccliptieæ Declinatione, vna cum Compl. eleuationis Poli Regionis, latitudinem ortiuam explorare.

SIt portio paralleli transeuntis per datum Eccliptica punctũ, b i, secans orizontem in, i, & per, i, à polo ducatur p i, vsq. ad Aequinoctialem in, r, erit ergo, i r, Declinatio dati puncti, esto quod datum punctum fuerit G. 6. Geminorum, & quod Comp Eleuationis Poli sit G. 4 5. ex his quærenda est amplitudo, siue latitudo ortiua, a i, Si ergo velimus per Reg. Cap. ant. operari, oportebit ex

5

Ang. A. G. 45. Tom. 2.	10,150511
Decl. I R, G. 21. 23. 8. 1.	956187
Dāt. I. lat. ortiuæ G. 31. 2. 34.	971238

crure, i r, dato, & angulo, i a r, opposito, qui est Compl. eleuationis Poli, scilicet G. 4 5. quærere hypotenusam, idest opus erit operari iuxta Reg. 1 1. iungendo nempè Tom. 2. anguli, a, cum log-mo Declinationis, i r, & fiet log- us latitudinis ortiuæ, a i, G. 3 1. 2. 3 4. vt in 5. Calculo, eandem inuenies per 4. membrum Reg generalißimæ, docet enim Tom. datæ extremæ remotæ hoc est Compl. anguli, a, hoc est Tom. 2 anguli, a, iungendum esse log mo Intermediæ, i r, vt habeatur log us 2. reliquæ extremæ remotæ, hoc est log-us 2. Compl. a i, qui est log- us proprius ipsius, a i, vnde coincidit hæc cum Reg. 1 1. Cap. ant. superius adhibita in hoc Exemplo.

Exem-

Exemplum sextum.

Ex data puncti Ecclipticæ Declinatione, & eleuationis Poli Complemento, quæritur Differentia Ascensionalis.

HOc est in Triangulo, i r a, ex crure, i r, & angulo, a, opposito quærimus crus reliquum, a r, si igitur est operandū per Reg. 10. ant. Cap. illa præcipit Mes. 2. anguli, a, iungendū esse cum Mes. 2. cruris, i r, vt fiat log us reliqui cruris, r a, quod, vt in 6. Calc. emerget G. 23. 3. 15. Si vero velimus per Reg. generalissimam calculum perficere, cum ex datis extremis vicinis Decl. i r, & Comp anguli, a, sit inuenienda Intermedia, nempè, a r, oportebit iuxta primum Reg. mēbrum, iungere Mes. extremarum vicinarū, idest Mes. Dec.

6

Ang. A. G. 45. Mes. 2.	10,00000
Decl. I R, G. 21. 23. 8. Mes.	959285
Dātl. R A. Diff. Asc. G. 23. 3. 15.	959285

i r, cum Mes. 2. anguli, a, & fiet log. Intermediæ, a r, quod coincidit cum adhibita Reg. 10. Sic ergo ex Tabula Declinationum habita, & Ascensionum rectarum, Tabula obliq. Ascen. ad quamcumq; Poli eleuationem facilè construi possunt, etenim Mes. 2. anguli, a, semel inuentus communis est ad datam Poli eleuationem, poterit ergo calculator, vel ad has Tabulas construendas, vel ad probandas iam constrūctas, non sine oblectatione sese aliquando exercere. Si quis ergo dato, Eccliptica arcu, incepto à proximo Æquinoctio, quadrante

drante minori, vellet Ascensionem Obliquam ad datam Poli eleuationem, sine Tabulis prius quæreret, vt in p. & 2. Exemplo Decl. & Asc. rectam, & postmodum iuxta hoc Exemplum Diff Ascensionalem, quā dempta in Signis Australibus, addita in Borealibus, ipsi Asc. rectæ, componeretur Asc. Obliqua quæsita, ex quo etiam ipsi arcus Semidiurni haberi possent, sed quia rem hic ex professo non edoceo, propterea à particularibus quamplurimis supersedeo, innumerabilium quibus hæ Regulæ inseruient, tantillum, attingere satis esse putans, vt illorum fæcunditas à Studiosi viris percipi posset.

Exemplum septimum.

Ex amplitudine ortiua, & eleuationis Poli Compl. quæritur eadem differentia ascensionalis.

HOc est ex hypotenusa, a i, & āgulo adiacente, a, crus adiacens, a r, inuestigatur, ad hoc ergo est adhibenda Reg. 2. quæ iubet Tom. anguli, a, iungendum esse cum Mes. 2. hypotenusæ, i a, vt fiat Mes. 2. cruris, ar, quod erit G 23.13. 15. vt patet ex 7. Calculo. Vel

7

Anguli A. G. 45. Tom.	10, 5051
Hypot. I A. 31. 2. 34. M. 2.	10, 2 049
Dāt M. 2. Dif. Asc. g. 23. 3. 15	1037 00

ex data extrema vicina Compl. i a, & Intermedia Compl. a, inueniemus per 3. Membr. Reg. generalis s. a r, reliquā extremam vicinam, iungendo Mes. 2. Compl. i a, hoc est proprium Mes. i a, cum log o Comp. a, emerget enim Mes. a r, Differentiæ ascensionalis, vt supra G. 23. 3. 15 quemadmodum inuenit Maginus ibid. Probl. 11. & 12.

Exem-

Exemplum octauum.

Ex data Declinatione, i r, & Compl. eleuationis Poli, quæritur angulus, r i a, quem efficit Declinationis circulus cum Horizonte.

AD hoc ergo seruiet Reg. 12. iuxta eam igitur iungemus log. 2. anguli, a, cum Tom. r i, & fiet log. anguli, r i a, G. 49. 24. 42. Si vero velimus secundo modo operari, quæremus per 4. Membrum Reg generalissimæ ex, i r, extrema remota, & Comp anguli, a, intermedia, angulū, r i a, reliquam extremam remotam, iungendo scilicet Tom i r, cum log. Compl. anguli, a, hoc est cum log. 2. anguli, a, & emerget log us 2. Cōpl anguli, r i a, id est proprius log anguli, a, in hoc ergo Probleemate hæ duæ regulæ simul concordant.

8

Anguli. A. G 45. log. 2.	984948
Arcus. R I. G. 21. 23. 8. To.	1003099
Dāt l. ang RIA. G. 49. 24. 42.	988047

Opus sanè esset præter superiora, alia pariter Exempla circa Triangula quadrantalia ratione lateris quadrantis hic adducere, sed quia ex superioribus, methodus in his quoq; adhibenda facilè comprehendi potest, ideò doctrinæ de Rectangulis Sphæricis Triangulis finem facimus, vt ad Obliquangulorum leges metricas explicandas transeamus.

Caput

Caput IV.
De Obliquangulorum Triangulorum calculo, ac tertio Sphæricorum Axiomate.

OBliquangulorum Triangulorum calculus cæteras Trigonometriæ partes difficultate superare omnibus meritò sẽper visus est,tum ob multiplicem Problematum varietatem, tum etiam ob difficilem Theorematum, quibus Regulas demonstramus,explicationem,nec non ipsarum Regularum vsum;hũc tamen ad eam nos facilitatem deducere,veluti hucusque factũ est,totis viribus conabimur,vt Astronomiæ studiosis, quibus in ipsius Primi Mobilis difficilioribus quęstionibus enodandis,obliquangulorum Regulæ adeò existunt necessarię (vt sine his irritum,& vanum in eisdem dissoluendis omnem, pręter hunc,agnoscant laborem)hos tamquam scopulos, aut syrtes, huius vasti Oceani auersari minimè debeant, omnem enim calculum ad solam additionem reuocare contendemus, quod quãtum facilitatis allaturum sit,nemo est,qui sanè haud intelligat. cum ergo in omnibus quęstionibus quędam data,siue nota sint quędam vero ignota ex ijsdem notis inuestigari soleant; illud inprimis sciendum erit nempè ex tribus in quolibet Triangulo Sphęrico tantum datis(pręterquam in casu,dicendo) tria reliqua nos habere posse non tamen semper vnica operatione, sed quandoq; per duas, vel per tres, prout in sequentibus apparebit,vt omnem ergo datorum varietatem vno intuitu conspiciamus hic ante omnia, vt vides,libuit eandem explicare.

In omni Triangulo Sphęrico Obliquangulo data sunt, vel
- 5 Tria latera.
- 6 Tres anguli.
- 3 Duo latera,cũ ãg intercepto
- 1 Duo lat.cũ ang.vni opposito
- 4 Duo anguli, cum latere in-teriacente.
- 2 Duo anguli, cum latere, vni opposito.

& reliqua quæsita.

Iuxta

Iuxta ergo ſuperiorem datorum varietatem, ac quæſitorum ex ijſdem propriæ Regulæ inferius tradendæ erunt, quorum demonſtrationem, præpoſitis Axiomatibus, afferre, vt noſtri moris hucuſq; fuit, non prætermittemus. Cum verò ad calculi facilitatem prębendam, reductio Obliquangulorum ad Rectangula per demiſſionem perpendiculi maximè conducat, immo nonnulla ſint, quę non niſi ſic haberi queant, alia vero Problemata, & per Rectangulorum, & proprias Reg. abſolui poſsint, in quibus quænam expeditiores exiſtant haud facilè apparet; quędam verò, per proprias, quam per eorum leges facilius reſoluentur, ideò vtriuſq; generis Regulas tradere conabimur, vt vbi proprijs non minus expeditę videbuntur, adhiberi poſſint. Sunt autem in vniuerſum Problemata, ſiue caſus decē, & octo, quę in eiſdem euenire ſolent, vnumquodq; enim Datum, tria Problemata iuxta tria diuerſa quęſita nobis offert, cū vero ſex ſint Datorum Triplicitates, ſ a tque ad vnamquamq; tria Problemata decem & octo Problematibus omnem eorum ſolutionem comprehendi manifeſtum eſt, cum vero quęſita ſint aliquando eiuſdem generis, nempè vel anguli, vel latera, ideò in eo caſu multiplicitas quęſitorum ad ſimplicitatem reuocatur etenim ex.g. dum ex datis tribus lateribus angulum quēlibet inueſtigamus, hic pro tribus æquiualet vnū Problema, ſic ergo 18. dicta Problemata ad 12. tantum reducuntur, quorum ſoluēdorum Regulas infra trademus, ſed ipſam rē tandem aggrediamur.

Regulæ generales in Obliquangulis.

1 EX tribus acutis anguli ſingula latera quadrante minora eſſe arguemus Regiom lib 4. p 9 non tamen ex tribus lateribus ſingillatim quadrante minoribus ſingulos angulos acutos eſſe arguemus, ſed duos tantum acutos, tertius autem, qui maximo lateri opponitur, varius eſſe poteſt.

2 In Iſoſcele Triangulo, ſpecies laterum æqualium ſpeciebus angulorum ipſis oppoſitorum conformantur, & è contra. Regi Ibidem p. 10. & 11. Tertius autem angulus æquatur ſuo ſubtendenti.

3 Duorum inæqualium acutorum latus, quod minori opponit minus est quadrante; Duorum verum inæqualium obtusorum latus, quod maiori opponitur, semper est maius quadr. reliquo aũt opposita dubia sunt, licet nõ sẽp. Ibid p. 12. & 13

4 Si Triangulum duos acutos habuerit angulos, latusq; vni eorum oppositum non minus quadrante, erit reliquus eius angulus obtusus, latusq; ei oppositum quadrante maius. Ibid. p. 4.

5 Ex lateribus singillatim quadrante maioribus, vel quorum vnum sit quadrans, reliqua quadrante maiora, singulos angulos obtusos esse arguemus. Clauius in Sphæricis p. 27. Ex angulis tamen singulis obtusis duo tantum certè quadrãte maiora, tertium autem varietati subiectum erit, quod nempè opponitur angulo omnium quadranti propriori; vt ex sequentibus patebit.

6 Si angnli ad basim dati Trianguli fuerint eiusdem speciei, perpendiculum, ductum à tertio angulo; cadet intra Triangulum, & extra, si diuersę. Reg. lib. 4. p. 8.

7 In obliquangulis angulus omnium quadranti quantitate proximus, & latus eum subtendens, dubia sunt, an eiusdem, vel diuersæ sint speciei, nisi id aut computus, aut hypotesis prodat: Duorum verò obliquiorum angulorum quilibet est eiusdem speciei, cuius est latus eum subtendens, vnde alterius data reliqui patet species. Neperus lib. 2. cap. 3. sent. 1. & 2.

8 In ijsdem, latus omnium quadranti quantitate proximum, & angulus ab eo subtensus dubia sunt an sint eiusdem, vel diuersę speciei; reliqua autem duo latera angulis eisdem oppositis specie conformantur: Hęc est præfatæ conuersa, quam licet Neperus non posuerit, addimus tamen nos ob maiorem claritatem.

9 Si Trianguli angulus aliquis propinquior sit quadranti, quã latus eum subtendens, erũt duo eius latera eiusdem speciei, & tertium quadrante minus. Neperus Ibid. sent. 3.

10 Si verò Trianguli latus aliquod propinquius sit quadranti, quam ab eo, subtensus angulus, erunt duo eius anguli


eiusdem

eiusdem speciei, & tertius quadrante maior. Neperus Ibid. sent. 4.

11 In isdem, producto quocunq; latere, si reliquorum summa adæquat semicirculum, angulus exterior interiori, & opposito est ęqualis, si superat semicirculum, exterior est minor interiori, & opposito, si à semicirculo deficit, est maior, & è conuerso; Vt in inferiori schemate, sumpto Triangulo, i b c, & producto latere, c b, vt in, a, si reliqua latera, b i c, simul sumpta adæquant semicirculum, angulus, a b i, æquatur angulo, b c i, si superant ipsum semicirculum, a b i, est minor, si deficiunt à semicirculo, est idem, a b i, maior, b c i, & è conuersò. Regiom. lib. 3. p. 47. 48.

Supradictæ quidem Regulę, quas Reg. vel Clauius demonstrant, apud ipsos videri possunt, cęterum quia Neperus suarũ demonstrationem non aperuit, ideo eas ego sic veras esse patefaciam.

Septimam ergo sic probo; Detur Triangulum Obliquangulum, b i c. & sit angulus, b c i, cęterorum, c b i, c i b, quadranti proximus; Dico, b i, eidem oppositum latus dubium esse an concordet specie cum angulo, b c i, reliqua verò latera, b c, c i, certissimè cum eisdem oppositis angulis specie concordare: Producantur latera, b i, b c, versus, i c, vsq; ad concursum in, d, vel ergo angulus, b c i, est acutus, vel obtusus, sit primum acutus, & sit probandum angulum, c b i, specie concordare cum, c i, vel ergo est acutus & ipse, vel obtusus, sit primũ acutus, cũ ergo b c i, c b i, sint duo acuti, &, c b i, minor, b c i, quia hic est quadranti propinquior, quam, c b i, per Reg. 3. priorem partem, latus, c i, erit quadrante minus; quod si, c b i, fuerit obtusus, cum, b c i, sit propior quadranti, quam, c b i, idest, quam, c d i, qui est ęqualis, c b i, eandẽ autem differenriam ad quadrantem habeat tam, b c i, quam, d c i, reliquus ad semicirculum ipsius, b c i, ideò, i c d, obtusus (ponitur. n i c b, acutus,) propinquior erit quadranti, quã alter obtusus, c d i, & ideò, i c d, minor erit ipso, c d i, ergo per posteriorem partem Reg. 3. superiorum, latus, i c, maiori, i d c, idest



ipsi, i b c, oppositum erit quadrante maius. Quod si suppo- suerimus, i c b, obtusum, & sit etiam obtusus c b i, erit, c b i, propter eandem rationem maior, b c i, quadranti propinquiori, & ideò per posteriorem partem Reg. 3. latus, c i, maius erit quadrante. Quod si tandem stante, b c i, obtuso, c b i, fuerit acutus, mutato, c b i, in sibi æqualem, c d i, erit tam, b c i, obtusus, quam, i c d, acutus quadranri propinquior, quam, c d i, & ideò, i c d, maior, c d i, vnde per ptiorem partem Reg. 3. latus, c i, erit quadrante minus, semper ergo latus, c i, specie concordat cum angulo sibi opposito, c b i; quod eodem modo ostendemus circa latus, c b, & angulum c i b; quia verò latera, b i, i c, ostensa sunt opponi inæqualibus acutis, vel obtusis, certum est autem, c i, opponi vel minori acutorum, vel in alia positione, maiori duorum obtusorum, ideò; b i, dubium remanere per Reg. 3. comperitur accidit tñ aliqñ esse nõ dubiũ, vt in Cas. Reg. 1. & 5

Detur nunc Triangulum, o e d, in quo latus, o e, sit omnium quadranti proximum; Dico similiter angulum illi oppositũ, o d e, dubiũ esse, certè aũt angulos, d o e, d e o, ipsis, o d, d e, vnũquẽq; scilicet suo opposito, specie conformari; si enim per dicta parte 2. Def. inuenerimus Triangulum ex. g. b c i, prędicto reciprocũ, ita vt angulus, b c i, æquetur Comp. ad semicirculum lateris, o e, &, c b i, sit æqualis lateri, d e, c i b, autem lateri d o, erit angulus, b c i, & ipse quadrãti cæterorum, c b i, c i b, propinquior, vnde latera, c b, c i, (quibus æquantur singillatim anguli, d e o, d o e, iuxta conditionem reciprocorum Triangulorum) cum angulis sibi oppositis, c b i, c i b, hoc est anguli, d e o, d o e, cum sibi oppositis lateribus, d o, d e, specie concordabunt, & cum sit dubium latus, b i, dubius etiam erit angulus, o d e, cuius Comp. ad semicirculum adęquatur, ex quo patet veritas Reg 8.

Vt verò 9. & 10. Reg. ostendamus, prius probandum est, dato Triangulo, cuius singula latera singillatim sint quadrante maiora, vel duo saltem, & tertium quadrans (tunc autem anguli singuli erunt obtusi per Reg. 5. superiorem) angulũ quẽuis latere eum subtendente, si numerum Graduũ spectemus, maiorem esse; producantur latera, c b, c i, vt compleatur circulus, c b a d, & semicirculus, c i a, sitq; Triangulum habens latera

prę-

prædictæ conditionis ipſum,a i d ſumatur autem quilibet eiuſdem angulus vt,i a d, probandum eſt ipſum eſſe maiorem latere,i d,in dicto ſenſu;polo igitur,a,ad interuallum quadrãtis, qui ſit,a o,deſcribatur arcus,o e,qui erit quantitas anguli,o a e, & per duo puncta,o d, ducatur arcus circuli maximi,o d, quoniam ergo in Triangulo,a o d,perpendiculum,o e, cadit intra, anguli,o a d,o d a,ſunt eiuſdem ſpeciei,vnde cum,o a d, ſit obtuſus etiam,o d e,obtuſus erit,& maior,quã,o e d,rectus, vnde etiam,o e,maius erit,o d,ſed etiam,o d, eſt maius, i d, eſt enim angulus,o i d,obtuſus,&,i o d,acutus,ergo,o e, ideſt angulus, i a d,maior eſt latere ipſum ſubtendente, d i.

Hoc præmiſſo lemmate ſic oſtendemus Reg.9. In omni quidem Triangulo neceſſariò dantur duo latera eiuſdem ſpeciei, quod verò tertium ſit quadrante minus,quotieſcunq;in eo reperitur aliquis angulus quadranti propinquior, quam latus eum ſubtendens,ſic deducitur; Vel enim duo latera, quæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſunt quadrante minora,vt in Triangulo,i c d,& tunc dico neceſſariò(ſtante dicta conditione)tertium pariter,i d, eſſe quadrante minus,ſit enim ſi fieri poteſt, vel quadrans, vel quadrante maius,ſumpto ergo Triangulo,i a d, huius reſiduo, eius erunt ſingula latera quadrante maiora, vel ſaltem,a i,a d, &,i d,quadrans,ergo omnes anguli eius ſunt obtuſi, quorum duo,a i d,a d i,ſunt Comp ad ſemicirc.ipſorum,c i d,c d i,&, i a d,æqualis i c d,ſimiliter,i a,d a, ſunt Co. ad ſemicirc. laterum,i c,c d,&,i d,commune,ergo ſicut in Triangulo,i c d, reperitur angulus quadranti propinquior,quam latus illum ſubtẽdens,ita in Triangulo,a i d,reperietur angulus quadranti propinquior, quam latus eum ſubtendes (complementa.n.ad ſemicirc. faciunt eandem differentiam ad quadrantem, ac illa, quorum ſunt Complemẽta)quare talis angulus erit ſibi oppoſito minor (ſunt enim angulus, & latus ſupra quadrantem) quod eſt abſurdum,eſt enim illo maior, iuxta lẽma. Quod ſi in Triangulo habente aliquem angulum quadranti propinquiorem,quam eum ſubtendens latus,fuerint duo latera eiuſdẽ generis,quadrante maiora, tertium neceſſariò erit quadrante minus, ſi enim eſſet quadrans,vel quadrante maius, non poſſet

dictum

dictum Triangulum habere angulum quadranti propinquiorē latere ipsum subtendente, iuxta lemma, vera est ergo Reg. 9.

Reg. 10. verò sic ostendetur ex ant. Sit ergo quodcumq; Triangulum, o d e, in quo latus, o e, sit quadranti propinquius, quam angulus, o d e, ab eo subtensus, reperiatur autem Triangulum, b c i, eodem modo illi reciprocum, vt supra dicebatur, sit nēpè Comp. ad semicirculum lateris, o e, æquale angulo b c i, &, o d, angulo b i c, d e, angulo, c b i, erit quoq; Comp. ad semicirc. lateris, b i, æquale angulo, e d o, latus, b c, æquale angulo, o e d, & latus, i c, æquale angulo, e o d, & cum latus, o e, sit quadranti propinquius, quam angulus, o d e, etiam Comp. ad semicirc. lateris, o e, (idest angulus, b c i,) erit quadranti propinquius, quam Comp. ad semicirc. anguli, o d e, idest, quam latus illi oppositum, b i, ergo in Triangulo, b c i, datur angulus, b c i, quadranti propinquior, quam latus, b i, ergo in eo dantur duo latera eiusdem speciei, & tertium quadrante minus per ant. si ergo dicta latera eiusdem speciei, quęcunq; sint, erunt quadrāte minora, tertium quoq; erit quadrante minus, vnde cum duo latera mutentur in angulos, fient duo acuti in Triangulo, o d e, & tertius obtusus respondens nempè Complemento ad semic. tertij lateris pariter quadrante minoris. Quod si latera, quæ in Triangulo, b c i, sunt eiusdem speciei fuerint quadrante maiora, si quidem sint ea, quæ mutantur in angulos. vt, b c, c i, erunt duo anguli obtusi, & cum, b i, tunc sit quadrante minus, tertius verò angulus, o d e, sequetur Comp. ad semicirc. lateris; b i, fit, o d e, tertius angulus obtusus. Et tandem, si duorum laterum quadrante maiorum vnum mutetur in angulum, alterius verò Comp. ad semicirc. mutetur in alium angulum, vt, c i, i b, nempè, c i, quod mutatur in ang. e o d. &, i b, comp. ad semicirc. quod mutatur in ang. o d e, quoniam tunc, b c, est quadrante minus, quod mutatur in ang. o e d, fit, o e d, acutus, sed acutus etiam fit, o d e, respondens Comp. ad semicirc. ipsius, b i, quod supponitur quadrante maius, ergo adhuc in Triangulo, o d e, habebimus duos angulos eiusdem speciei, nempè acutos, & tertium, e o d, obtusum, cum respondeat lateri, c i, quod supponitur quadrante maius, igitur in omni Casuum varietate hanc

quoq;

quoq; Regulam verificari animaduertimus, ex quo Neperianas Regulas veritati concordare manifestissimè apparet, vt nō sit nobis circa easdem hæsitandum.


Cum ergo inferioribus Problematibus, ex tribus lateribus datis angulos, vel ex tribus angulis latera nobis erunt inuestiganda per Regulas, quęsitorum species detegentes, congruenter semper primò inuestigabimus angulum, vel latus, omnium quadrāti proximum, sciemus enim reliqua sibi oppositis specie concordare, In prox. inferiori aūt 1. & 4. Reg. tunc solum requiritur dari speciem eius, quod tertio datorum opponitur, cum hoc tertium propinquius est quadranti, quam alterum eiusdem generis datum.

Axioma tertium.

IN omni Triangulo Sphærico, Sinus laterum finibus oppositorum angulorum directè sunt proportionales.

Ratio Axiomatis.

IN Triangulis quidem Sphæricis Rectangulis, veritas patet ex Corollario primo Cap. 2. In obliquangulis verò sic ostenditur. Sit quodcunq; Triangulum Sphęricum, a b c, & ab, a, cadat perpēdicularis arcus super, b c, ipse, a d, intra, Triangulum, a b c, igitur inter latera, a b, a c (sumpto medio, a d,) latus, a b, ad latus, a c, habet rationem compositam ex ratione lateris, a b, ad, a d, idest ex ratione Sinus totius ad sinū anguli, b, & ex ratione, a d, ad, a c, idest ex ratione sinus anguli, c, ad sinum totum, per Corol. supradictum, duæ autem rationes sinus anguli, c, ad sinum totum, & huius ad sinum anguli, b, componunt rationem sinus anguli, c, ad sinum anguli, b, ergo,



vt,a b,ad,a c,ita ſinus anguli,c,ad ſinum anguli,b; Cadat nunc perpendicularis arcus ſuper,b c,productum ipſe,a e, igitur inter,a b,a c,ſumpto medio,a e,oſtendemus,vt ſupra,a b,ad, a c, habere rationem compoſitam ex ratione,a b,ad,a e,ideſt Sinus totius ad ſinum anguli ,b,& ex ratione,a e,ad,a c,ideſt ex ratione ſinus anguli,a c e(qui identificatur cum ſinu ãguli, a c b, per Reg.2 generalem partis 2.)ad ſinum totum, quę duę rationes componunt rationem ſinus anguli,c,ad ſinum anguli, b, ergo, vt,a b,ad,a c,ita ſinus anguli,c,ad ſinum anguli b; Sinus ergo laterũ ſinib.oppoſitorũ angulorum directè ſunt proportionales,ex quo ipſius Axiomatis veritas patet.

Corollarium.

HInc patet in omni Triangulo Sphærico log um cuiuſuis lateris,cum log-mo cuiuſuis anguli eidem lateri adiacentis, æqualem eſſe logarithmis lateris,& anguli prædictis oppoſiti.

Problemata,& Regulæ ſex log-cæ à ſuprapoſito Axiomate 3. ac eius Corollario deriuatæ.

	Si quaramus		*Regula log-ca talis erit.*
1	Ex datis duobus lateribus,& angulo vni	Angulum reliquo dato lateri oppoſitum.	Tom.2. lateris dato angulo oppoſiti, cum log.mis reliqui lateris, & anguli noti, dabit log um quęſiti anguli.
2	eorum oppoſito nota inſuper ſpeciē an-	Latus tertiũ.	Demiſſo ab angulo,neutro datorũ opp.perpẽdiculo; per Regul. 1.Rect.quære perpẽdiculũ, & poſtmodũ Caſus p Re. 6.& ſumma vel diff. Caſuum erit latus quęſitum.
3	guli reliquo datorũ oppoſiti, cũ opponit lateri quadrã altero datorũ propriori	Angulũ datis cõhenſum.	Inuento eodẽ perpendiculo per Reg. 1.Rect. quære per Reg. 5.vtrũq;angulorũ ad verticẽ & eorũ ſũma,vel diff.erit angulus quęſitus.

4 Ex

4	Ex datis duobus angulis, & latere vni eorum opposito, nota insuper specie lateris reliquo datorum angulorũ oppositi, cum opponitur angulo quadranti altero datorum propiori.	Latus reliquo dato angulo oppositũ.	Tom. 2. anguli dato lateri oppositi, cum log-mis reliqui lateris, & anguli noti, dabit log-um quæsiti lateris.
5		Latus adiacẽs datis angulis.	Demisso, vt in Reg. 2. harũ perpendiculo, ipsum quære per Reg. 1. Rect. deinde per Reg. 10 vtrumque Casum, & summa, vel differentia Casuum erit latus quæsitum.
6		Angulum tertium.	Inuento eodem perpendiculo per Reg. 1. Rectang. quære per Reg. 12. vtrunque angulorum ad verticẽ, & eorum summa, vel differentia erit angulus quæsitus.

In prima quidem, & quarta Regula à facta summa binarium auferendum est, quia dum vice Complementi Arithmetici log mi dati lateris sumimus Tom. 2. eiusdem, hoc fit Compl Arith. maius, & ideo binarium vltimo loco ad sinistram auferendũ est, verum quia facta summa est log-us, log-mi autem Charac. non excedit. 9. ideò casus te admonebit, quando enim Charac. euadat maior 9. tunc scies abiectionem supradictam efficiendam esse, absq; eo quod has particulares Regulas 1. & 4. à cęteris memoria secernas.

Ratio primæ Regulæ.

QVoniam ex Coroll. superiori log-us laters, datis, ac noto angulo oppositi, cum log mo anguli sibi adiacentis ignoti æquatur log-mis eisdem oppositorum, ideò si ex summa horum log orum auferatur log-us lateris dato angulo oppositi, idest si addatur illi Comp. Ar, maius, hoc est Tom. 2. eiusdem, quẽ Complemento Arith. maiori æqualem esse diximus in prima

p. Cap. 7. fiet summa log us anguli ignoti, ac quæsiti, cuius species tunc pręscienda est cum angulus quæsitus opponitur lateri quadranti propiori quam reliquum latus datum per Reg. 7.

Ratio secundæ.

ASpice superius schema, in quo, ducto in Triangulo, a b c, perpendiculari arcu, a d, vel, a e, prout intra, vel extra cadere potest, compertum est nos posse ex data hypot. a b, & angulo adiacente, b, per Reg. 1. Rectang. habere eius illi oppositum, a d, & deinde ex data hypot. a b, & crure, a d, per Reg. 6. Rect. habere Casum, b d, & eodem modo ex data hypot. a c, & crure, a d, casum, d c, quorum Casuum, b d, d c, summa est latus, siue, basis, b c, quæsita, contrario vero modo existente perpendiculo a e, aufertur minor casus, c e, ex maiori, b e, & restat quęsitũ latus, b c, isti autem Casus, b e, c e, eodem modo inueniuntur.

Ratio tertiæ.

IN eodem schemate ex data hypot. a b, & angulo, b, quæritur crus oppositnm b d, vel, b e, per Reg. 1. Rectang. & deinde per Reg. 5. ex data hypot. a b. & crure, a d, quęritur angulus, b a d, cruri adiacens, vel, b a e, & ex data hypot. a c, & crure, a d, vel a e, inquiritur angulus, d a c, vel, c a e, & summa angulorum, b a d, d a c, vel differentia angulorum, b a e, c a e, est angulus quæsitus, b a c.

Ratio quartæ.

CVrrit, vt in prima, nam vbi log-us primi termini esset auferendus, illius vice addimus Tom. 2. eiusdem hoc est Comp Arith maius log mi subtrahendi, & ideò à facta summa binarium vt dictum est auferendum esse admonetur, & quę de specie quęsiti detegenda ibi dicuntur, hic pariter subintelligantur.

Ratio quintæ.

INuentio perpendiculi est, vt in secunda, Casus verò inueniuntur ex dato crure, a d, vel, a e, & angulo opposito, b, noto, & ex eodem, ac noto angulo, a c b, siue, a c e, per Reg. 10. Rectangulorum, scimus enim speciem hypot. a c, &, b a, quod sufficit.


Ratio

Ratio sexta.

PErpendiculum habetur, vt in superioribus, deinde ex dato crure, a d, vel, a e, & angulo opposito, b, aquiro angulũ, b a d, vel, b a e, & ex eodem, ac angulo, a c b, vel, a c e, aquiro angulum, d a c, vel, e a c, summa autem angulorum, b a d, d a c, vel differentia angulorum, b a e, c a e, dat angulum, b a c: quomodo, verò in Triangulo, a b c, cadat ab, a, perpendiculum super, b c, nempè vel intra, vel extra docet affectio datorum laterum, b a, a c, vel datorum angulorum, b, c, iuxta Reg. gen. 9. huius.

Excmplum primæ Regulæ.

SIt Triangulum Sphæricum, z p s, factum ad tria puncta, z p, s, sit verò z Zenit, s, Sol, p, Polus igitur, z p, erit Complementum altitudinis poli, p s, Complementum Declinationis Solis, z s, Complementum altitudinis solis, s z p, angulus azimutalis, z p s, angulus horarius, z s p, angulus poli, & zenith ad Solem, sit ergo datus arcus, z s, G. 54. 50. z p, G. 43. 20. 42. angulus, s, G. 52. 30. quærimus ergo prius angulum, p, supposita illius specie, nẽpè, quod sit acutus, quia opponitur quadranti pro priori Tom.



Z P. G. 43. 20. 42. Tom. 2.	10,1634292
Z S. 54. 50. o.log.	99124772.
Z S P. 52. 30. o.log.	98994667.
Dant log. Z P S. G. 70. 53. 12	99753731.

2.igitur ipsius,p z, lateris dato angulo oppositi, cum log mis. z s,& ,z s p, dant log um anguli, p. dempto binario &c G. 70.53.12. vt in primo calculo apparet, vnde ex altitudinis solis complemento,z s,& ,z p,Comp. altitudinis poli, nec non angulo,s,poli, & zenith ad solem discimus inuestigare angulum horarium,z p s.

Exemplum secundæ.

EX ijsdem datis, querimus,s p,demisso ergo ab,z.perpendiculo,z d, quod cadat intra(sufficiet autem, vt intelligatur quomodo sit agendum,ipso extra cadente) per Reg. 1.Rectāg. inuenimus,z d,G.40.25.57.deinde Casum,s d, G.40.49.42. Casū, d p, G. 17. 10.25. vnde fit,s p,G. 58.0.7. Si vero, z d, caderet extra, differētia casuum esset, s p, ex datis ergo habesur,s p, Compl. Declinationis solis. Ex ijsdem datis colligit Maginus in Primo Mobili lib. 4. Prob. 7.s p,qui in ipsius schemate est b c, G. 58. vnde differimus 7. secundis, ratio est; quia colligit ibidem, perpendiculum G.40.

2

Z S. G.54.50. o.log. Z S D. 52.30. o.log.	99124772. 98994667.
Dant log. Z D. G.40 25.57.	98119439.
Z D. G.40.25.57.log.2 Z S. 54 50. o Tom.	98814820. 10.2396101
Dant To, S D. G.40.49.42.	10.1210921
Z D G.40.25.57.log.2 Z P. 43.20.42.Tom.	98814820. 10 1383259
Dant Tom. D P. G.17.10.25 S P. fit ex. D P. S D. G.58.0.7	10 0198079

G. 40. 25. 56. cum tamen secunda debeant potius esse 57: etenim in quærenda parte proportionali, relinquit in quotiente 56. plusquam dimidium vnitatis, propter quod ipse vnitatē superaddo, & fiunt Sec. 57. hic autem error in sequentibus calculis subsumptus errorem parit 7. Sec hoc autem sæ è continget, cum in pluribus calculis subsumendus sit error, qui etiā in solis Tertijs negligitur, etenim ad errorem in secundis nos conducit. quapropter in Casu simili, exquisitissimè volentes operari, etiam de Tertijs habenda ratio esset, vel seruari oporteret inter maiorem, & minorem differentiam proportione, Vt per eam rectius proportionalis log-orū pars haberi posset.

Exemplum tertiæ.

EX ijsdem datis quærimus angulum azimuthalem, s z p, igitur per Reg. 3. inuenimus, z d, auxilio Reg. 1. Rectang. esse G. 40. 25. 57. vt supra, deinde per Reg. 5. inuenimus angulum, s z d, G. 53. 6. 29. et, d z p, 25. 28. 43. ex quibus integratur angulus, s z p, G. 78. 35. 12. cadente vero perpendiculo extra, differentia inuentorum angulorum erit quæsitus angulus, Calculus Magini in Primo Mobili. Prob. 9, abūdat 7. sec. quia vtitur sinibus iuxta sinum totum 100000.

Z D. inuēti G. 40 25. 57. Me. Z S. 54. 50. 0. M. 2.	99304627. 98479127.
Dāt log. 2. S Z D. G. 53. 6. 29.	98783754.
Z D. inuēti G. 40. 25. 57. Me. Z P. 43. 20 42. M. 2.	99304627. 10. 0251033
Dant l. 2. D Z P G 25. 28. 43 Et fit. S Z P. ex ijs. G. 78 35. 12	99555660.

Sed

Sed rectius noster se habet, congruit enim cum calculo facto; sumptis Tang. ac sin. ad Sinum totum 10000000. vt pariter expertus sum; non ergo mirandum est, si meus à Magini calculo in Sec. aliquando calculus variare comperitur, quæ quidem in 3. calculo conspiceret licet.

Exemplum quartæ.

D*Entur nunc in eodem Triangulo, s z p, anguli, s p, & latus, z s, nempe angulus, s, G. 52. 3 0. z p s, G. 70. 53. 12. & , z s, G. 54. 50. quæritur ex istis, latus, z p, operando ergo per Reg. 4. iungo To. 2. anguli, p, cũ log mis, z s, & , z s p, & fit log us z p, quadrã te minoris, quia non opponitur angulo quadranti propiori, vnde eidem specie conformari debec per Reg. 8. G. 43. 23. 3. vt patet in 4. calculo.*

4

ZPS. G. 70. 53. 12. Tom. 2.	10.0246267
ZS. 54. 50. 0. log.	99124772
ZSP. 52. 30. 0. log.	98994667.
Dant log. Z P. G. 43. 20. 42.	98395706

Exemplum quintæ.

E*X ijsdem quæritur latus, s p, operor ergo iuxta Reg. 5. inueniẽs prius z d, vt supra G. 40. 25. 57. de-*

5

ZD. G. 40. 25. 57. Mes.	99304627.
ZSP. G 52. 30. 0. Mes. 2.	98849805.
Dant log. S D. G. 40. 49. 42.	98154432.
Z D. G 40 25. 57 Mes.	99304627.
Z P S. 70. 53 12. Mes. 2.	95397554.
Dant log. D P. G. 17. 10. 25.	94702181.
Vnde S P. fit G. 58. 0. 7.	

inde

inde per Reg. 10. Rectang. inuenio, s d, G. 40. 49. 42. & , d p, G 17. 10. 25. vnde fit, s p, Compl. Declinationis Solis G. 58. 0. 7. vt patet in 5. Calculo.

Exemplum sextæ.

EX ijsdem quæritur angulus, s z p, iuxta Reg. 6. igitur, inuẽto, vt supra, z d, G. 40. 25. 57. per Reg. 12. Rectang. inuenio angulum, s z d, G. 53. 6. 29 & angulum, d z p, G. 25. 28. 43. vnde fit, s z p, G. 78. 35. 12. vt patet in 6. calculo, dũ autem perpendiculum cadit extra, s z p, est, nõ summa, sed differentia inuentorum angulorum, perpendicrlo adiacentiũ.*


6

Z D. G. 40. 25. 57. Tom.	10. 1185180
Z S D. 52. 30. 0. log. 2.	97844471.
Dant log. S Z D. G. 53. 6. 29.	99029651.
Z D. G. 40 25. 57. Tom.	10. 1185180
Z P D. 70. 53. 11. log. 2	95151288.
Dant log. D Z P. G 25. 28 43.	90336468.
Vnde. S Z P. fit G 78. 35. 12.	

Admonitio.

LIcet superiorum 6. Regularum prima, & quarta cuiuis Triãgulo obliquangulo adaptentur, reliquæ tamen non omnĩbus sed ijs tantum, quorum data duo latera, vel datos angulos respicientia, sint quadrante minora, cõgrua esse existimari debent: cum enim eorum solutio fiat per Rectangulorum Regulas iam traditas, quibus omnibus non cuncta Triangula Sphærica Rectangula, sed ea tantum, quorũ crura sint Quadrantibus maiora solui põt (vt propterea omnium Rect-rum ad huiusmodi

modi Triangula reductionem docuerimus Cap. 2. huius, in Admonitione Regulis Rectangulorum subiuncta) ideò ne per demissionem perpendiculi factam Triangula Rectāgula, dictis Regulis incongrua soluenda offerantur, hanc reductionem pariter in Obliquangulis seruare opus est, quæ eodem modo fit, ac in Rectangulis, nempè per inuentionem Trianguli Residui eius, quod nobis propositum fuerit, siue ad angulum, à quo demittendum esset perpendiculum, id est Trianguli basi adiacentis, siue lateri quadrante minori pariter adiacentis, quod in supradictę Admonitionis Schemate facile intueri licet, quodcumque igitur Triangulum, iuxta superius data, soluendum offeratur, curabis, vt habeas semper Triangulum, illius, vt ita dicam, Vicarium, cuius data latera, vel datis angulis opposita sint semper quadrante minora. Vt si in dicto Admonitionis schemate offerretur Triangulum, d b e, cuius latera data, vel datis opposita, b d, b e, essent quadrante singillatim maiora, quocumq; existente angulo, d b e, loco illius soluendum assumeres Triangulum residuum, d h e, Si verò Triangulum soluendum esset, b d c, cuius latus, b d, maius, b c, vero minus quadrante, loco huius acciperes Triangulum, b a c, tamenim, d h e, quam, b a c, habebunt latera data, vel datis opposita quadrante singillatim minora, angulus verò ab illis comprehensus poterit esse acutus, vel obtusus, qualiscumq; autem sit, facta, demissione ab eodem perpendiculi, Triāgula Rect. la ipsi ppēdiculo adiacētia, Rectangulorum Reg. vt soluantur, congrua esse semper apparebunt; assūpta enim iterum figura Axiomati 3. hic apposita, sit datum Triangulum, vel dati Vicarium soluēdum, a b c, in quo, vel data sint latera, a b, a c, vel datis opponantur angulis, b, c, sint autem, a b, a c, singillatim quadrante minora, qualiscumq;



lifcumq;

liscumq; sit angulus, a, sint vero etiam datę species oppositorũ ipsis datis, siue angulis, siue lateribus. scimus ergo etiam casum perpẽdiculi àn futurus sit intra, vel extra ex Reg. gen 9 huius nempe quod si fuerint anguli, b, c, eiusdem affectionis, cadet intra, & extra, si diuersæ, quomodocũq. tamen cadat, dico ipsi perpendiculo adiacere semper duo Triangula rectangula solutioni per eorum Regulas congrua, idest nullam partem præter angulum rectum, quæ non sit quadrante minor, habentia; si enim perpendiculum cadat intra, anguli, b, c, sunt eiusdem affectionis, non erunt autem obtusi, nam cum hypotenusa, a b, supponatur quadrante minor, anguli eidem adiacentes, nempè, a b d, b a d, erunt eiusdem affectionis, vnde cum, b, sit obtusus, etiam, b a d, esset obtusus, & eodem probaretur modo ipsum quoq; d a c, obtusum fore, vnde, b a c, constaret ex duobus obtusis, quod est absurdum, non ergo erunt obtusi anguli, b, c, sed acuti, vnde etiam anguli, b a d, d a c, erunt acuti ob eandem rationem, & crura, b d, d a, vt est hypotenusa, a b, singillatim quadrante minora, vnde Triangulum, b a d, erit solutioni congruũ vt etiam probabitur eodem modo de, c a d; Cadat vero extra, vt, a e, in, b c, productum ad, e, dico etiam Triangula, a e b, a e c, esse solutioni congrua, cum enim cadat extra, anguli, b, c, erunt affectionis diuersę, ex Reg. gen 9 huius, sit autem acutus b, erit ergo obtusus a c b, & perpendiculum, a e, minus quadrante, & ideò, a c e, erit acutus, & similiter, e a c, quia cum, c a, sit minor quadrante, anguli, e c a, c a e, sunt eiusdem affectionis ex Reg. 2. gen. in Rectangulis, cum verò, b, sit acutus, eadem ratione angulus, b a e, acutus concludetur, vnde tam crura, a e, e c, quam, a e, e b, quadrante singillatim minora, & ideò Triangula a e b, a e c, solutioni apta esse, cognoscemus. Hinc autem patet cadente perpendiculo intra, angulum, b a c, à quo cadit, posse esse & acutum, & obtusum, cadente verò extra necessario acutũ esse, vel existentibus, b c, acutis, angulum, a, posse esse acutum, & obtusum, existente vero vno acuto altero obtuso, necessariò angulum, b a c, acutum esse dum latera, a b, a c, ipsum ambientia quadrante singillatim minora supponuntur; Ex his ergo scies, quando opus fuerit, proposito tibi Triangulo, eiusdem Vicariũ

solutioni per dictas Regulas aptum substituere. Quare autem potius Regulis nostris Rectangulorum quam Neperi vtamur inuento, ratio est, quia per dictas Regulas Triangulorum partes nomino proprio, potius quam appellatiuo nominantes, clariorem calculum, ac faciliorem euadere existimamus.

Caput V.

De vniuersali Obliquangulorum Sphæricorum calculo per demissionem perpendiculi, siue ad Rectangula reductionem, in quo nullum est Problema, quod duabus tantum log rum in genere additionibus non resoluatur.

ETiamsi de Regulis, quibus sex priora obliquangulorum Sphæricorum Problemata soluuntur, superius tradita doctrina sufficiens quidem esse possit, tamen quia ijsdem remittitur Calculator ad Rectangulorum Regulas recolendas, propterea, vt faciliorem illi calculandi modum componam, proprias ex ijsdem Regulas excepere conatus sum, quibus nedum ad Rectangulorum Regulas illi reccurrendum erit, sed, quæ nō nisi triplici operatione haberi poterant, ad duas tantum reuocari animaduertet, eidem ergo soluendi methodo insistendo, per reductionem scilicet Obliquangulorum ad Rectangula, nedum in sex prioribus, sed etiam in sex posterioribus Problematib. horum proprias Regulas hic apponemus, postulabur autem, vt antequam soluatur Triangulum, aduertamus an ipsū solutioni aptum sit de quo infra dicemus; sed antequam ad easdem deueniamus nonnulla prius lemmata nobis erunt demonstranda.

Lemma primum.

IN Triangulo Sphærico Obliquangnlo, si ab angulo ad oppositum latus (quam basim dicemus,) perpendiculum demittatur, cadens intra, vel extra, constituens duo Triangula Rectangula ipsi perpendiculo adiacentia, & duos Casus: Sinus secūdi laterum, Sinibus secundis Casuum; & secantes laterum, secantibus Casuum directè proportionales erunt.

Aspice

Aspice proximum ant. Cap. Schema, in eo igitur; Dico, Sinus secundos, a b, a c, Sinibus 2. b d, d c, vel, b e, e c, esse directè proportionales; nec non Secantes, a b, a c, Secantibus, b d, d c, vel Secantibus, b e, e c, directè proportionales esse. Etenim, vt sinus 2. b d, extremę remotę in Triangulo, a b d, se habet ad sinũ comp. b a, hoc est ad sinũ 2. b a, intermediæ, ita sinus tutus se hēt ad sinum 2. a d, reliquæ extremę remotæ, sed etiam vt sinus 2. c d, extremę remotę in alio Triangulo, a d c, ad sinum Compl. a c, hoc est ad sinum 2. a c, Intermedię, ita sinus totus, ad sinum 2. a d, reliquę extremæ remotæ, ergo, vt sinus 2. b a, ad sinum 2. b d, ita sinus 2. a c, ad sinum 2. c d, & permutando, ũt sinus 2. a b, ad sinum 2. a c, ita sinus 2. b d, ad sin. 2. d c, quod est primum. Quia verò ex 4. Analogiarum vniuersalium, sinus 2. duorum arcuum, vel angulorum Secantibus primis eorundem sunt reciprocè proportianales, ideò, vt Sinus 2. a b, ad sin. 2. a c, idest vt secans, a c, ad secantem, a b, ita sinus 2. b d, ad sinum 2. d c, hoc est, ita secans, c d, ad secantem, d b, igitur sinus secundi laterum sinibus secundis casuum, & secantes laterum secantibus casuum directè proportionales erunt, quod eodem modo ostendetur circa casus, b e, e c, quod erat probandum.

Lemma secundum.

Prædictis eisdem constitutis, sinus angulorum casibus oppositorum sinibus 2. angulorum ad basim, & secantes 2. illorum secantibus istorum angulorum directè sunt proportionales.

In eodem enim Triangulo sinus 2. extremę remotę, nempè Comp. anguli, b a d, idest sinus anguli b a d, est ad sinum intermedię, nempè ad sinum Comp. siue ad sinum 2. anguli, a b d, vt sinus totus ad sinum 2. a d; eodem autem modo ostendemus, sinum anguli, d a c, esse ad sinum 2. a c d, vt sinus totus ad sinum 2. a d, ergo sinus, b a d, d a c, sinibus 2. a b d, a c d, directe erunt proportionales; & per 4. Analog. vniuers. Secantes 2. b a d, d a c, Secantibus, a b d, a c d, directè etiam proportionales erũt; quod extra perpendiculo, eodem modo demonstratur.

Lemma tertium.

Iisdem constructis, secantes secundæ laterum, finibus angulorum ad basim & sinus laterum secantibus secundis angulorum ad basim directè sunt proportionales.

Etenim sinus 2 extremæ remotæ Comp. a b d, idest sinus, a b d, ad sinum intermediæ a d est, vt sinus totus ad sinum 2. reliquæ extremæ remotę, idest ad sin. 2. Comp. b a, idest ad sinum, b a, vel, vt secans 2. b a, ad sinum totum, per primam Analog. vniuers. Item sinus, intermediæ, a d, est ad sinum secundum extremæ remotæ, idest Comp. a c d, hoc est ad sinum, a c d, vt sinus 2. Comp. a c, siue sinus, a c, ad sinum totum; vel, per 1. Analog. vniuers. vt sinus totus ad sec. 2. a c, ergo sinus, a b d, ad sinum, a c d, est, vt secans 2. a b, ad sec. 2. a c; Et per 4. Analog. vniuers. sinus, a b, ad sinum, a c, est, vt secans 2. a b d, ad sec. 2. a c d, quod eodem modo, perpendiculo extra cadente, ostendetur.

Lemma quartum.

Eisdem cōstructis, Tangentes secundæ laterum, finibus secundis angulorum casibus oppositorum; & Tangentes laterum secantibus eorundem angulorum directè proportionales erunt.

Vt enim Tangens extremæ vicinæ, hoc est Comp. b a, siue Tang. 2. b a ad sinum intermediæ, hoc est ad sinum anguli, b a d, ita sinus totus ad Tangentem, a d, alterius extremæ vicinę; sed, vt sinus totus ad Tangentem, a d, sic, eodem modo, esse ostendetur Tangens 2. a c, ad sinum 2. d a c, ergo Tangens 2. a b, ad sinum anguli, b a d, erit, vt Tangens 2. a c, ad sinum anguli, d a c, & permutando: Tangens 2. a b, ad Tang. 2. a c, erit, vt sinus, b a d, ad sinum, d a c; Est autem, vt Tangens 2. b a, ad Tang. 2. a c, sic Tangens, a c, ad Tang. a b, per 5. Analog. vniuers. & vt sinus, b a d, ad sinum, d a c, ita Secans 2. c a d, ad Sec. 2. d a b, igitur etiam Tangentes, b a, a c, Secantibus secundis, b a d, d a c, directè proportionales erunt; quod extra cadente perpendiculo eodem modo ostendetur.

Lemma

Lemma quintum.

Sinus Casuum Tangentibus 2. angulorum ab basim, & secantes 2. Casuum, Tangentibus angulorum ad basim directè proportionales erunt.

Tangens enim extremæ vicinæ, idest, Comp. a b d, idest Tang. 2. a b d, est ad sinum intermediç, b d, vt sinus totus, ad Tang. reliquæ exstremæ vicinæ idest ad Tang. d a, sed, vt sinus totus ad Tang. d a sic esse ostendemus eodem modo Tang. 2. a c d, ad sinum, c d, ergo permutando, sinus, b d, d c, Tangentibus 2, a b d, a c d, directè proportionales erunt; Et quia, vt Tangẽs 2. a b d, ad Tang. 2. a c d, ita per 5. Analog. vniuers. Tangens, a c d, ad Tang. a b d, & vt sinus, b d, ad sinum, d c, ita, per 4. Analog. vniuers. Secans 2. c d, ad sec. 2. d b, igitur secantes 2. Casuum, Tangentib. angulorũ ad basim directè quoq; proportionales erunt; quę extra caeente perpendiculo eodem modo ostenden tur.

Lemma sextum.

Tangentes Casuum Tangentibus angulorum ipsis oppositorum, primæ primis, & secundæ secundæ, directè sunt proportionales.

Tangens enim extremę vicinæ, b d, est ad sinum intermediç, d a, vt sinus totus ad Tangentem Comp. b a d, reliquę extremæ vicinæ, idest ad Tang. 2. b a d, vel, vt Tangens, b a d, ad sinum totum per 2. Analog. vniuers. & item, sinus intermediç, a d, est ad Tang. d c, extremæ vicinę, vt Tangens reliquæ extremæ remotę, hoc est, vt Tangens Complementum, d a c, siue Tangens 2. d a c, ad sinum totum, vel per 2. Analog. vniuers. vt sinus totus ad Tang. d a c, ergo ex æquali; Tangens, b d, ad Tang. d c, erit, vt Tangẽs, b a d, ad Tang. d a c, & per 5. Analog. vniuers. Tang. 2. c d, ad Tang. 2. d b, erit, vt Tãg. 2. c a d, ad Tãg. 2. d a b; Vnde Tangentes Casuum Tangentibus angulorum ipsis oppositorũ, primę primis & secundæ secundis directè sũt proportionales, quod extra cadente perpendiculo eodẽ modo probabitur: Igitur hæc omnia Lemmata ex solo Neperiano Axiomate superius à nobis ostenso demonstrata sunt.

Lemma

Lemma septimum.

In Triangulo Spherico, cuius saltem duo latera sint quadrante singillatim minora; Vt Tangens semibasis vera est ad Tangentem semisummę laterum, ita Tangens semidifferentia eorundem est ad Tangentem semibasis alterna, Neperus lib.2.cap.6 sect. 6.

Veram basim vocat Neperus aggregatum Casuum, cum perpendiculum cadit intra Triangulum, & tunc differentia casuum dicitur basis alterna; cum vero cadit extra, vera basis dicitur tunc differentia casuum, & aggregatum casuum, basis alterna.

Sit Igitur Triangulum, h g b, cuius latera, g h, g b, singillatim sint quadrante minora, &, b g, maior, g h, producantur vsq; ad concursum ipsi, b g, b h, qui fiat in, a, sit verò semicirculorum, a g b, a h b, communis sectio, a b, diameter Sphęrę, polo autem, g, ad interuallum, g h, circulus minor describatur secans, a g b, in, p, s, &, a h b, in, h, o, arcu autem circuli maximi, h o, bifariam diuiso in, i, iũgatur, g i, arcus maximi circuli, qui erit ipsi, h o, perpẽdicularis, est enim latus, h i, ęquale, i o, latus g i, cõe, & basis, g h, basi, g o, ęqualis, vnde, g i h, g i o, sunt ęquales per Propriet. 11. huius, & ideò recti; est igitus, b h, aggregatum casuũ, h i, i b, basis vera, &, b o, differentia casuum, basis alterna. Dico ergo, vt Tangens semibasis, b h, ad Tang. semisummę laterum, b g, g h, sic esse Tang. semidifferentię eorundem, b s, ad Tangẽtem

tem semibasis alternę, b o. Ducatur ergo, b d, à puncto, b, in plano semicirculi, a h b, perpendicularis, a b, quę ideò Tangẽs erit ipsum semicirculum, & à puncto, b, in plano semicirculi, a g b, ducatur pariter recta, b c, perpendicularis ipsi, b a, quę ideò tanget pariter semicirculum, a g b, à puncto verò, a, per puncta h, o, p, s, producãtur a h d, a o f, a p c, a s e, quæ prædictis Tãgentibus incidant in puncta d, f, e, c, dico hęc quatuor puncta, quę reperiũtur in plano, cui, a b, recta est p 4. Vndecimi Elem. esse in Circuli peripharia, hoc autem Neperus supponit ex opticis, verum illud nos tali pacto ostendemus, iunctas, p s, p h: quoniam enim circulus maximus transit per polum, g, circuli minoris, p h o s, ideò transit etiam per illius centrum vt elicitur ex 15. Prop. Theod. lib. p. trãnsit autem per, a, igitur si imaginati erimus, a, esse verticem coni, cuius basis circulus p h o s, & eiusdem superficiem productam vsque ad planum subiectũ, in quo sunt rectæ, b d, b c planum Trianguli, e a c, secabit dictũ Conum per axẽ: insuper quia in Triang. rectãg. a b c, cadit ab ipso, b, recta, b p, perdendicularis ipsi, c a, (quia angulus, b p a, in semicir. rectus est) ideò rectang. c a p, quadr. a b, æquale erit, cui eodẽ mõ esse æquale ostendemus rectang. e a s; igit rectãg. c a p, e a s, ęqualia erunt, vnde, vt, c a, ad, a e, sic erit, s a, ad, a p, p 17. sexti Elem. & ambiunt eundem angulum, e a c, igitur Triangula, a p s, e a c, similia erunt, & angulus, a p s, æqualis ipsi a e c nam singuli sunt obtusi, &, a s p, ipsi, a c e, ergo planũ subiectum, in quo sunt rectæ, b d, b c, Conum cuius vertex, a, basis circulus, p h o s, productum, sub contrariè secat, ergo per Prop. 5. Primi Conicorum, cõis sectio cum superficie conica erit circuli circũferentia, in qua reperiẽtur quatuor puncta, d, f, c, e, cũ sint, vt in subiecto plano, & in d. Conica suꝑficie, igit per 36. Tertij elem. rectangulum, d b f, est æquale rectangulo. c b e, vnde per 17. sexti Elem. vt d b ad, b c, ita b e, ad b f. &, vt dimidia, d b, ad, dimidiam, b c sic dimidia, b e, ad dimidiam, b f, est autem dimidia, d b, Tangens dimidię basis, b h, si enim à centro sphærę duceretur parallela ipsi, a d, secaret arcum b h, &, b d bifariam, vnde fieret dimidia, b d, Tangens dimidiæ basis, b h, similiter patet dimidiam, b c, esse Tang. dimidij, b g p, idest

idest semisummæ laterum, b g, g h, dimidiam, b e, Tang. dimidij, b s, hoc est semidifferentiæ laterum, & dimidiam, b f, Tang. esse dimidij arcus, b o, siue semibasis alternæ, vnde patet, vt Tangens semibasis veræ, b h, se habet ad Tang. semisummæ laterum, b g, g h, ita Tang. sem, differentiæ, b s, se habere ad Tāg. semibasis alternæ, b o; Si autem propositum fuisset Triangulum, b g o, ita vt perpendiculum cecidisset extra, facta eadem demonstratione ostensum fuisset, Vt Tangens semibasis veræ, b o, se habet ad Tang. semisummę laterum, b g, g o, ita Tang. semidifferentiæ laterum, b s, se habere ad Tang. semibasis alternę, b h, etenim, permutando, sic proportiones se habere comperitur.


Admonitio de Triangulo Vicario solutioni substituendo, cum nostrum solutioni per infrascriptas Regulas minimè aptum fuerit.

QVoniam per infrascriptas Regulas omnem in Obliquangulis Sphæricis Triangulis Calculum expediri posse non immeritò prętendimus, illę verò ad Triāgula Sphęrica quibusdā conditionibus alligata restringuntur, ideò vt per eas omnium qualiacumq; sint, solutio obtineri possit, cum oblatum Triangulum conditiones requisitas non habuerit, illius vicè Triangulum solutioni congruum substituere oportebit, quod illius Vicarium appellamus, ex cuius dimensione, nostri illico dimēsio facillimè consequatur. Sunt autem duæ ad summum conditiones, quę in omnibus his Regulis requiruntur, vna quidem in 2.3.5.& 6.11. Regula, quæ talis, est nempè, quod data latera, vel datis angulis opposita, siue dati duo anguli, aut datis lateribus oppositi, sint singillatim quadrante minora, qualiscūq; postmodum sit angulus lateribus datis inclusus, vel qualecūq; sit latus interiacens datis angulis. Altera vero conditio, quæ exigitur in 7.8.9.& 10. Regula est, quod data latera ambiant angulum acutum, & datorum laterum alterum sit saltem quadrante minus, siue quod datis duobus angulis interiaceat latus quadrante minus, & datorum angulorum alter sit saltem acutus. Duodecima autem reducitur ad Vndecimam, Prima verò,

& quarta sunt vniuersalissimæ, ac Triangulo cuicunq; congruẽtes dummodo quæsiti species non ignoretur. In his ergo Triãgulo Vicario non indigemus, in cæteris verò vtique, cuius inuentionem nunc edocebimus, licet autem in hac 3. Parte Cap. 2. in Admonitione Regulis log-cis subiecta circa Triangula Rectangula hanc substitutionem ita docuerimus, & denuò Cap. 4. in Admonitione circa Obliquangula, vt per ibi dicta satis intelligi possit, quia tamen hæc Trianguli Vicarij inuentio est magni momenti, per eamq; regularum valor in immensum, vt ita dicam, augetur, ideò hunc lapidem denuò reuoluemus, ex apposito autem schemate clarior res apparebit.

Cautiones 2. pro inueniendo Triangulo Vicario, cuius duo latera singillatim sint quadrante minora, vel duo anguli acuti, pro 2.3.5.6 & 11. Regula subsequenti.

1 SI data latera fuerint quadrate singillatim maiora, vel dati anguli obtusi Triangulum Vicarium erit quod adiacet basi. Vt si in Schemate latera, b d, b e, fuerint singillatim quadrante maiora, vel anguli, b d e, b e d, obtusi, erit, d e h, adiacens basi Triangulum Vicarium solutioni congruũ, habens, d h, e h, singillatim quadrante minora, quæ sunt complementa datorum ad semicirculum, d e, commune, d h e, æqualem ipsi, d b e, & angulos, e d h, h e d, complementa ad semicirculum ipsorum, b d e, b e d, qui erunt acuti, vnde huius solutio illius solutionem præstabit, si modo attenderis partes, quæ commutantur, & quæ permanent immutatę.



2 Si datorum laterum, vel angulorũ, vnum fuerit quandrante maius, & aliud minus; Triangulum Vicarium erit, quod adiacet lateri minori, siue acuto angulo opposito.

Vt si in Triãgulu,b c d,latus,b c,minus,b d,verò fuerit maius quadrante, vel si,b d c,acutus, b c d,verò fuerit obtusus, Triangulum Vicariũ erit,b c a,in quo,b c,est vtriq.cõe,& quadrante minus,b a,Comp. ad semicirculum, ipsius, b d, & quadrante minus,angulus,b a c, ęqualis ipsi, b d c, & acutus angulus, b c a, Comp.ad semicirculum anguli,b c d,& acutus,c a, Comp. c d, ad semicirculum,c b a,vero Comp.c b d ad semicirculum, vnde huius solutio nostri solutionem prętabit.

Cautiones 4. pro inueniendo Triangulo Vicario, habente duo latera acutum ambientia, quorum vnum saltem sit quadrante minus; Vel habente duos angulos, quos interiaceat latus quadrante minus,quorum saltem vnus sit acutus, pro 7.8.9.& 10. Regula subsequenti.

3 SI datorum laterum vnum fuerit quadrante maius,& aliud quadrante minus circa angulum obtusum; Vel si datorum angulorum vnus fuerit acutus, & alter obtusus, & latus interiacens quadrante maius;Triangulum Vicarium erit quod adiacet latere quadrante minori,siue lateri, quod angulo acuto oppositum erit.

Vt si,b d,fuerit maius,& b c,minus quadrante, & angulus, d b c, obtusus,vel si angulus.b d c,fuerit aeutus,b c d,obtusus, & latus interiacens, d c,quadrante maius; Triangulum Vicarium erit,a b c,cuius latera,a b,b c,erunt quadrante minora,ambiẽtia angulum,a b c, acutum, vel cuius anguli, b c a, b a c, erunt acuti,quos interiacet,a c,quadrante minus.

4 Si data latera fuerint singillatim quadrante minora,ambientia angulum obtusum, vel dati anguli acuti, quos interiaceat latus quadrante maius; Triangulum Vicarium pariter erit, quod adiacet alterutri datorum laterum, siue datis angulis oppositorum.

Vt si,b d. b c,supponantur minora quadrante,ambientia angulum obtusum, d b c, vel anguli, b d c, b c d, acuti quos interiaceat,d c, quadrante maius; Triangulum Vicarium erit, b c a, habens latus, b a,maius,&,b c,minus quadrante circa acutum,

a b c; Vel

a b c; Vel habens, b c a, obtusum, &, b a c, acutum, & latus illos interiacens, c a, quadrante minus.

5 Si data latera fuerint singillatim quadrante maiora, ambientia angulum obtusum; Vel dati anguli obtusi, quos interiaceat latus quadrante maius, Triangulum Vicarium erit, quod adiacebit alterutri datorum laterum, siue datis angulis oppositorum.

Vt si, b d, b c, supponantur quadrante singillatim maiora, ambiẽtia angulum obtusum, vel anguli, b d c, b c d, obtusi, quos interiaceat latus, d c, quadrante maius; Triangulum Vicarium erit, b c a, habens, b c, maius, &, b a, minus quadrante circa angulum, a b c, acutum; Vel habens, b c a, angulum acutũ, &, b a c, obtusum, a c, verò illos interiacens quadrante minus.

6 Si data latera fuerint singillatim quadrante maiora, ambientia angulum acutum; vel dati anguli obtusi, quos interiaceat latus quadrante minus; Triangulum Vicarium erit adiacens basi, siue angulos datos interiacenti lateri.

Vt si, b d, b e, sint singillatim quadrante maiora, &, d b e, acutus, vel anguli, b d e, b e d, obtusi, &, d e, quadrante minus; Triangulum vicarium erit, d h e, habens, d h, h e, singillatim quadrãte minora, circa acutum, h, vel habens angulos, h d e, h e d, acutos, &, d e, quadrante minus. Igitur qualecũq; offeratur Triãgulum, illius Vicarium habens conditiones solutioni cõgruas inueniri potest; Patet autem in harum 6. Cautionum p. & vlt. Triangulum Vicarium ipsi basi, in cæteris autẽ, lateri adiacere.

Problemata, & Regulæ 12. logicæ ad omnem in obliquangulis Sphæ quam duabus Additionibus logorum in genere calculum ab

Si quæramus.	
Ex datis duobus lateribus, & angulo vni eorum opposito, nota insuper specie anguli reliquo datorum oppositi; cum opponitur quadranti propriori, quam alterum datorum laterum. Oportet autem data latera in 2. & 3. Reg. esse singillatim quadrante minora, alioquin Triãgulum Vicarium, per cautionem 1. vel 2. superiorem, solutioni substituendum erit; Perpendiculum verò à communi termino datorum laterum dimittendum est, quod quidem cadit intra, cum fuerint anguli datis oppositi, ambo acuti (non enim poterunt esse ambo obtusi, alioquin tertius angulus constaret ex duobus obtusis, vt in Admonit cap. ant probatum est, quod est absurdum) extra verò, cũ fuerit vnus acutus, & alter obtusus; cum verò ex vtraq; parte possit cadere perpendiculum, ipsum accipimus, quod cadit ad partes obtusi anguli, subtendens acutum, & ideò existens quadrante minus, quod & in sequentibus obseruamus. præterquam in casu particulari Reg. 9.	Angulum reliquo dato lateri oppositum. latus tertium. Angulu dam tis comprehensum.
Ex datis duobus angulis, & latere vni eorum opposito, nota insuper specie lateris reliquo datorum oppositi, cum opponitur quadrãti propiori, quam alter datorum angulorum.	Latus reliquo dato angulo oppositum.

5 Opor-

ricis Triangulis per demissionem perpendiculi, non pluribus, soluendum.

Regula logarithmica talis erit.

1 Tom.2.lateris qæsito angulo oppositi, cũ log.mo reliqui dati lateris,& Tom.2. dati anguli, faciet Tom.2. quęsiti anguli, cuius Speciem cognosces ex hypotesi, vel ex Reg.8.

2 Tom.ang. dati, cum Mes. 2. lateris dati eidem adiacentis, dabit Mes.2 casus angulo dato adiacentis; Deinde log. 2. lateris casui inuento conterminantis, cum Tom. reliqui dati lateris,& Tom inuẽti casus, dabit Tom. reliqui casus; Horum inuentorum casuum summa, vel differentia, erit latus quæsitum, cuius speciem non ignorabis, etenim inuẽti casus sunt semper quadrante singillatim minores.

3 Log.2.dati lateris angulo dato adiacentis, cum Mes.anguli dati, facit Mes.2.anguli primò inuenti: Deinde Mes. 2. lateris inuento angulo adiacentis, cum Mes. reliqui dati lateris,& Tom.primò inuenti anguli, dabit Tom. anguli secundò inuenti: Horum inuentorum angulorum summa, vel differentia (iuxta casum perpendiculi) erit angulus quæsitus, cuius speciem non ignorabis, etenim inuenti anguli sunt semper quadrante singillatim minores.

4 Tomo.2.anguli quæsito lateri oppositi, cum log mo reliqui noti anguli, & Tom.2.lateris dati, facit Tom.2 quæsiti lateris, cuius speciem cognosces ex hypotesi, vel ex Reg.7.

5 Mes.22

Problemata, & Regulæ 12 logica ad omnem in obliquangulis bus, quam duabus Additionibus logorum in genere calculum

Si quæramus	
Oportet autem latera datos angulos respicientia esse singillatim quadrante minora in 5. & 9 Reg. alioquin Triang. Vicarium solutioni substituendum erit; Perpendiculum verò ducitur a cõmuni termino laterum datis ang. oppositorum, quod quidem cadit intra, si fuerint dati anguli ambo acuti, extra verò, si vnus acutus, & alter obtusus.	Latus adiacens datis anguli. Ang. tertiũ.
Ex datis duobus lateribus, & angulo comprehenso.	Alterutrum angulorum reliquorũ.

Opor-

Sphæricis Triangulis per demissionem perpendiculi, non pluris absoluendum,

Regula logarithmica talis erit.

5 Mes. 2. lateris dati, cum Tom. anguli noti dato lateri adiacentis, faciet Mes. 2. casus dato lateri cõterminantis: Deinde log. inuenti casus, cum Mes. anguli noti inuento casui adiacentis, & Mes. 2. reliqui anguli noti, dabit log-um reliqui casus; Horum verò Casuum summa, vel differentia (iuxta casum perpendiculi) erit latus quæsitum, cuius speciem non ignorabis, etenim inuenti casus sunt semper quadrante singillatim minores.

6 Log. 2. dati lateris, cum Mes. anguli noti eidem adiacentis, dabit Mes. 2. anguli primò inuenti: Deinde log-us inuẽti anguli, cum Tom. anguli noti dato lateri adiacẽtis, & log. 2. reliqui anguli noti, dabit log. alterius anguli secundò inuenti; Horum autem inuentorum angulorum summa, vel differentia (iuxta casum perpendiculi) erit angulus quæsitus, cuius speciem non ignorabis, etenim inuenti anguli sunt semper singillatim quadrante minores.

7 Tom. anguli dati, cum Mes. 2. lateris noti perpendiculo conterminatis dabit Mes. 2. casus eidem lateri conterminantis, qui semper quadrante minor est, nisi cum demittitur perpendiculum à latere quadrante maiori, tunc enim ipsum cadit extra, & inuentus casus est quadrante maior: Deinde accipe Differentiam inuenti Casus, & lateris, in quod cadit perpendiculum, & illa erit secundus casus (si autem inueneris primum casum dicto latere maiorem perpendiculum cadit extra, si minorem, intra) igitur Tom. 2. primi casus, cum log-mo secundi casus, & Mes. 2. dati anguli, faciet Mes. 2. quęsiti anguli, qui, si perpendiculũ cadit intra, erit acutus, si verò extra, ipsum obtusum esse pronuntiabimus.

Si quæramus	
Oportet autem angulum datis lateribus comprehensum acutum esse, & alterum ambientiũ ipsum acutum saltem esse quadrante minus, alioquin per superiores 4 postremas cautiones Triangulum Vicarium solutioni substituendum erit; Perpendiculum vero ducitur ab altero datorum laterum in reliquum latus datũ ad habendum tertium latus, ad alterum vero angulorum reliquoruum consequendum, ducitur ab extremo lateris quæsitum angulum subtendentis, alioquin tres operationes opus essent, ipsius verò perpendiculi casum docent ipsę Regulæ.	latus tertiũ.
Ex datis duobus angulis, & latere interiacente.	A[l]terutrum reliquorũ laterum.

Opor-

Sphaericis Triangulis per demissionem perpendiculi, non pluri. absoluendum,

Regula logarithmica talis erit.

8 Tom. anguli dati, cum Mes. 2. lateris noti perpendiculo cõterminantis dabit Mes. 2. casus eidem lateri contermināntis, qui semper quadrante minor est, nisi cum demittitur perpendiculum à latere quadrante maiori, tũc enim ipsũ cadit extra, & inuentus casus est quadrãte maior: Deinde accipe Differentiam inuenti casus, & lateris, in quod cadit perpendiculum, & illa erit secundus casus (si autem inueneris primum casum dicto latere maiorem, perpendiculũ cadit extra, si minorem, intra) Igitur Tom. primi casus (vel eius residui ad semicirculum, dum quadrante maior est) cum log. 2. secundi casus, & log. 2. lateris noti perpendiculo conterminantis, dabit log. 2. quæsiti lateris, quod quidẽ latus specie semper conformatur secundo casui.

9 Log. 2. lateris dati, cũ Mes. anguli noti ducto perpendiculo oppositi, vel eius residui ad semicirculũ (cũ est obtusus) dat Mes. 2. ang. perpendiculo, & latere dato cõprehẽsi primo inuẽti, qui sẽper est acutus, nisi cũ perpẽdiculũ opponitur datorũ ang. ei, qui obtusus est, tunc enim est obtusus: Deinde accipe Diff. inuẽti ang. & eius, à quo ducitur perpendiculum, & illa erit ang. secũdo inuentus (si autẽ inueneris primũ ang dicto ang a quo ducitur perpendiculũ, maiorẽ, ipsum cadit extra, si minorem, intra) Igitur Tom. pri. ang. (vel eius residui ad semicirculum, dum quadrante maior est) cum log. 2. secundi ang. & Mes 2. dati lateris, faciet Mes. 2. quæsiti lateris, quod quidem latus specie semper conformatur secundo angulo, cum perpendiculum opponetur acuto, contrariæ est eidem speciei, cum opponitur obtuso.

Problemata, & Regulæ 12. log-cæ ad omnem in obliquangulis Sphæ... quam duabus Additionibus log-rum in genere calculum ab...

Si quæramus.

Oportet autem latus datum semper esse quadrãte minus, & datorum angulorum vnum saltẽ acutum, alioquin Triangulum Vicarium per supradictas Cautiones, solutioni substituẽdũ erit; perpendiculum vero ducetur ab altero extremorum dati lateris, semper autem ab angulo obtuso noto, cum adfuerit, ad inueniendum tertium angulum, ad alterum verò reliquorum laterum habendum, ducetur ab extremo dati lateris quæsito lateri cõmuni, caditq; tunc perpendiculum supra tertium latus non quęsitum, alioquin ad habendum hoc tertium latus, si ipsum exquireretur, tres operationes opus essent; ipsius autem perpendiculi casum ipsę Regulæ docent: in huius verò particulari casu ducitur ꝑpẽdiculũ extra ad partes acuti, oppositum obtuso, quod alias semper extra ducitur ad partes obtusi, oppositũ acuto.

Angulum tertium.

vicis Triangulis per demissionem perpendiculi, non pluribus, soluendum.

Regula logarithmica talis erit.




10 Log. 2. lateris dati, cum Mes. ang. noti ducto perpendiculo oppositi, dat Mes. 2. anguli perpendiculo, & latere dato comprehensi primò inuenti, qui semper est acutus dũmodo ea lege, qua præcipitur perpendiculum demittatur. Deinde accipe Differentiam inuenti anguli, & eius, à quo ducitur perpendiculum, & illa erit angulus secundò inuentus (si autem offendes primum angulum dicto angulo, a quo ducitur perpendiculum, maiorẽ ipsum cadit extra, si minorem, intra) Igitur Tom. 2. primi anguli, cũ log-mo secũdi ang. & log. 2. ang. noti perpendiculo oppositi, dabit log. 2. quæsiti anguli, qui, si perpendiculum cadit intra, semper est acutus, si verò extra, semper obtusus.

Problemata, & Regulæ 12 logicæ ad omnem in obliquangulis bus, quæ in duabus Additionibus log orum in genere calculum

Si quæramus

Ex datis tribus lateribus.	Angulum quemuis.
Oportet autem duo latera non quæsitũ angulum ambientia esse singillarim quadrante minora alioquin per 1. vel 2. cautionẽ Triang. Vicariũ solutioni substituendum erit; Perpendiculum autem ducitur à communi termino laterum quadrante singillatim minorum, non quęsitũ angulum ambientium, alioquin ad ãgulũ, quẽ ambiunt, consequendum tres operationes forent necessarię, casum autem ipsius perpẽdiculi, an intra, vel extra cõtingat, docet ipsa Reg.	
Ex datis tribus angulis.	Laterum quoduis.
Oportebit autem cùm tibi constitueris Triangulum lateribus, & angulis tuo Triangulo reciprocum, latera duo non ambientia quæsitum angulum (idest in tuo Triãg. quęsitũ latus, vel quęsiti residuum ad semicirculum) esse singillatim quadrante minora, alioquin Triãg. Vicariũ solutioni substituendum erit, ex quo in Triang reciproco quæsitum ang. obtinebis, & consequenter in tuo Triang. quæsitũ latus consequeris, poteris autem, si tibi libuerit in memoriæ gratiam, dum Triangulum reciprocum tibi cõpones, ẽtsi cuiusuis datorũ ang possis accipere Cop. ad semicirculũ, illius tamẽ sumere Comp. ad semicirculũ, quod opponitur lateri quęsito, cęterę verò cautiones ad antecedentẽ reuocantur.	

Sphæricis Triangulis, pee demissionem perpendiculi, non pluri: absoluendum.

Regula logarithmica talis erit.

11 Mes. 2. semibasis veræ, cum Mes. semisummæ laterum, & Mes. semidifferentiæ eorundé laterum, dabit Mes. semibasis alteræ, quæ si sit maior semibasi vera, perpendiculum cadit extra, si minor intra, aggrega semibasim verã, & alteram, fiet quæ perpendiculi casus maior, subtrahe minorem ex maior, & fiet casus minor, qui casus semper erunt singillatim quadrãte minores. Deinde Mes. casus angulo quæsito adiacentis, cum Mes. 2. lateris eidem ang quæsito adiacentis, dabit log. 2. anguli quæsiti, qui dum perpẽdiculo caderi intra, vel extra opponitur semper est acutus, dum vero est ad partem perpẽdiculi, non intra, sed extra cadentis, semper est obtusus, summus enim perpendiculum ad partem anguli obtusi, cum tamen posset etiam ex alia parte perpẽdiculum demitti, nempè ad partem acuti, quod quidem perpẽdiculum esset residuum ad semicirculum nostri perpendiculi, ad partẽ ang. obtusi demissi.

12 Finge tibi esse soluendum Triangulum, cuius lateribus ascripti sint duorum quorumuis datorum angulorum singillatim ijdem Gradus, tertij verò anguli, Gradus residui ad semicirculum; Deinde, per antecedentem, quęre huius angulos (substituto etiam huic Triang. Vicario, nisi sit solutioni congruũ) & inuentorũ ang-rum quãtitas erit quantitas sibi respondentiũ laterum primo oblati Triang quãtitas inquam duorum laterum singillatim, quorum oppositos angulos non mutasti. tertij verò lateris, cuius oppositi anguli sumpsisti residuum ad semicirculum, quantitas erunt Gradus residui ad semicirculum inuenti tertij ang

In omnibus dictis operationibus, in quibus fit additio duorum log-rum in genere à facta, summa deme vltimo loco ad sinistram vnitatem, cum vero fit additio trium, deme binarium.


Ratio

Ratio primæ Regulæ.

PEndet ex lemmate 3. in quo cum ostensum sit in posteriori parte, Sinus laterum secantibus secundis angulorum ad basim esse directè proportionales, ideò Comp. Ar. maius log mi lateris quæsito angulo oppositi, hoc est Tom. 2. eiusdem lateris (ex dictis p. 2. Def. 23.) cum log-mo reliqui dati lateris, & Tom. 2. anguli dati, faciet Tom. 2. quęsiti anguli (cuius speciem scimus ex hypotesi, vel ex Reg. 8) Trium enim datarum quantitatum si Co. Ar. primæ iungamus cum log-mis secundæ, & tertię fit log-us quartę (dempta vnitate vltimo loco ad sinistrā cum additur Comp. Ar. minus, vel dempto binario, cum additur Cop. Ar. maius, vt in hac Reg. contingit. iuxta Reg. generalem 6. Partis 2.) Exponatur autē adhuc ant. Cap. figura, in qua sint data duo latera, a b, a c, singillatim quadrante minora, cum angulo, a b c, opposito, a c. dicimus ergo, Tom. 2. ab, cum log. a c, & Tom. a b c, dare Tom. 2. a c b, cuius speciem scimus ex hypotesi, vel ex Reg. 8,

Ratio secundæ.

PEndet ex Reg. 2. Rectangulorum & lemmatis primi posteriori parte, etenim in eadem figura, ijsdem datis, & demisso perpendiculo intra cadente, vt, a d, vel extra, vt, a e, ex Reg. 2. Rectang. Tom. anguli, a b d, noti hypotenusæ, a b, adiacentis, cum Mes. 2. hyp. siue lateris, a b, dat Mes. 2. cruris, b d, vel, b e, siue casus, b d, vel, b e; q. a verò ex lemmatis primi posteriori parte, secantes laterum, secantibus casuū proportionales esse ostensum est, ideo Comp. Ar. maius primi termini, hoc est log. 2. a b, cum Tom. a c, & Tom. b d, dat Tom. d c, siue cum Tom. b e, dat. Tom. e c, dēpto binario à facta summa, quia additur Cōp. Ar. maius. Quod verò isti casus, b d, d c. vel, b e, e c, sint singillatim quadrante minores, patet ex Reg. gen. cognoscēdi Speciem



in

In Rectangulis, cum enim perpendiculum cadit intra, sunt, b, c, anguli, ambo acuti, & quia hypotenusę, a b, a c, supponuntur semper quadrante minores, ideò ex Reg. 2. gen. etiam anguli, b à d, d a c, & illis opposita crura, siue casus, b d, d c, sunt singillatim quadrante minora. Si verò perpēdiculū cadat extra, necessariò vnus angulorum ad basim est acutus, & sumimus perpendiculum ad partem obtusi, ergo acutus erit, b, &, a e, quadrante minor ex Reg. 1. gener. & obtusus, b e a, vnde acutus, a c e, & quia hypot. a b, a c, sunt singillatim quadrante minores ideò, ex Reg. 2. gen. erunt, b e, e c, crura, siue Casus eiusdē speciei cum, a e, idest singula quadrante minora, vnde si eosdem adiungemus, exhibebunt nobis, b c, etiam specie notificatum.

Ratio tertia.

EX Reg. 3. Rectangulorum (ijsdem in superiori schemate suppositis) log. 2. hypot. hoc est lateris dati, a b, cum Mes. ang. dati, a b d, facit Mes. 2. anguli, b a d; & ex lemmatis 4. posteriori parte, Tangentes laterum, a b, a c, secantibus angulorū, b a d, d a c, directè sunt proportionales, ideò Comp. Ar. maius primi termini, hoc est Mes. 2. a b, cum Mes. a c, & Tom. b a d, facit Tom. d a c, qui inuenti anguli ostendentur esse singuli quadrāte minores, siue perpendiculum cadat intra, siue extra, vt supra de eisdem oppositis casibus hoc estensum est, ideò summa inuētorum angulorum erit angulus quæsitus, b a c, specie insimul notificatus: cadente verò extra perpendiculo, eodem modo fiet demonstratio, & tunc differentia dictorum angulorum, b a e, c a e, idest, b a c, erit angulus quæsitus specie insimul notificatus.

Ratio quartæ.

DAtis, a b c, cum, a b, a c b, & specie, a c. quadrante singillatim minoribus existentibus, a b, a c, Reg. probatur, vt prima, cum enim ex lēmate 3. in priori parte ostendatur, Sinus angulorum, a bc, a c b, secantibus secundis laterum, a b, a c, directè esse proportionales, ideo Comp. Ar. maius primi hoc est Tom. 2. a b c, quęsito lateri oppositi cum log. a c b, & Tom. 2, a b, noti dabit Tom. 2. a c, quęsiti, specie per hypotesim noti, vel per Reg. 7.

Ratio quintæ.

EIsdem datis, ex Reg. 1. Rectang. Mes. 2. hypot. siue lateris, a b, cum Tom. anguli noti dato lateri, a b, adiacentis, facit Mes. 2. cruris, siue casus, b d; Deinde ex lemmatis 5. priori parte, q. a sinus casuum, b d, d c, Tangentib. secundis ang-rum primi, hoc a b d, a c d, directè sunt proportionales, ideò Comp. Ar. maius est Mes. ang. a b d, cũ, Mes. 2. a b c, & log. b d; siue præposterè, log. b d, cum, Mes. a b d, & Mes. 2. a b c, (nihil enim refert, siue hunc, siue illum præposueris) dat log-um casus, d c, quos, vt in Ratione secundę, semper quadrante singillatim minores, quomodocunq; cadat perpendiculum esse, concludes, igitur aggregatum casuum, ipso intra cadente, vel si extra, differentia casuum erit, b c, latus tertium specie quoq; notificatum, eodem autem modo conficitur demonstratio circa casus, b e, e c, quo circa casus, b d, d c.

Ratio sextæ.

EIsdem datis, ex Reg. 3. Rectang. log. 2. hypot. hoc est dati lateris, a b, cum Mes. anguli adiacentis noti, a b d, dabit Mes. 2. reliqui anguli, b a d; Deinde quia ex lematis 2. priori par te, Sinus secundi angulorum, a b d, a c d, Sinibus angulorum, b a d, d a c, directè sunt proportionales, ideò Comp. Ar. maius primi, hoc est Tom. a b d, cum log. 2. a c d, & log. b a d, vel præposterè, log. b a d, cum Tom. a b d, adiacentis lateri noto, a b, & log. 2. a c d, dat log. d a c, angulorum ergo, b a d, d a c, summa, perpendiculo intra, vel differentia, extra cadente, angulorum, b a e, c a c, (quos singillatim esse quadrante minores patet ex Ratione secundæ) erit angulus b a c, quęsitus, currit autem eadem demonstratio circa angulos, b a e, c a e, quæ circa angulos, b a d, d a c.

Ratio septimæ.

DEntur in eodem Schemate, a b, b c, circa, a b c, acutum, quorum alterum saltem sit quadrante minus, vt, a b, à cuius termino, a, descendat perpendiculum intra, vt, a d, vel extra cadens, vt, a e, igitur ex data hypot. a b, & angulo, b, per Reg. 2. Rectang. quęro casum, b d, etenim Tom. anguli, a b d, cum Mes. 2. hypot.

3. hyp. siue lateris dati, a b, dat Mes. 2. casus, b d, vel, b e, extracta dẽte perpẽdiculo, qui inuẽtus casus sẽper quadrãte, minor est, nisi cũ demittitur à latere dato quadrãtemaiori, etenim si, a b, sit quadrãte minor, necessariò perpẽdiculũ, a d, &, d b, casus, vel perpẽdiculũ, a e, &, e b, casus sunt eiusdẽ speciei ex Re. 2. ge. sed perpẽdiculũ est semper quadrante minus, quia semper opponitur angulo acuto, ergo inuentus casus semper erit quadrante minor, cum perpendiculum cadet à latere dato quadrante minori; supponatur nunc, a b, quadrante maior, tunc ex eadem Re. 2. ge. quia perpẽdiculũ opponitur ang. acuto, & ideò minus est quadrãte, casus erit maior quadrãte, & cũ, b c, supponatur tũc minus quadrãte, ideò tũc scimus perpẽdiculũ extra necessariò cadere; inuẽto ergo hoc casu, & illius detecta specie, sumimus differẽtiã eius, & lateris, b c, & sic habemus alterũ casum, vt, d c, vel, c e, specie quoq; notificatum, ex quo scimus an perpendiculum cadat intra, vel extra, dum cadit à latere quadrante minori. Deinde, quia ex lemmatis 5. priori parte, Sinus casuum, b d, d c, vel, b e, e c, Tangentibus 2. angulorũ, a b d, a c d, directè sunt proportionales, ideò Comp. Ar. maius primi termini, hoc est Tom. 2. b d, cum log. d c, vel Tom. 2. b e, cum log. e c, & Mes. 2. a b d, dabit Mes. 2. a c b, qui, ex obliquang. Reg. gen. 9. dum perpendiculum intra cadit acutus, & dum extra, obtusus erit.


Ratio octaua.

IIsdem datis, prior Regulę pars ostendetur, vt prior pars praecedentis, ex quo scimus quomodo vterq; casus, b d, d c, vel, b e, e c, comparetur, & eorum species, nec non quomodo cadat perpendiculum, an intra, vel extra. Deinde quia ex priori parte lemmatis primi, Sinus 2. laterum Sinibus 2. casuum directè sunt proportionales, ideò Co. Ar. maius primi termini, hoc est Tom. b d, cum log. 2. d c, vel Tom. b e, cum log. 2. e c, & log. 2. a b, dabit log. 2. a c, quod est hypot. trianguli, a d c, vel, a e c, & ideò cum perpendiculum, a d, vel, a e, oppositum acuto, a b c, sit sẽper minus quadr. si casus secundo inuentus, d c, vel, c e, fuerit

quadrante minor, etiam inuentum latus, a c, erit quadrante minus, si ille quadrante maior, etiam, a c, erit quadrante maius, vt Regula docet.

Ratio nona.

DEntur in eodem Triangulo, a b c, anguli, a b c, b a c, quorum vnus saltem sit acutus, & latus, a b, interiacens quadrante minus, demisso igitur perpendiculo ab altero extremorum, a, b, in latus non quæsitum, cadens intra, vt, a d, vel extra, vt, a e; igitur ex Reg. 3. Rectang. log. 2. hypot. siue lateris, a b, cum Mes. anguli noti dato perpendiculo oppositi, nempe, a b d, vel eius residui ad semicirculum, cum est obtusus (quia tunc imaginamur nos hac vti regula in Triangulo adiacente ipsi, a b, quod tunc habet angulos ipsi, a b, adiacentes acutos) dat Mes. 2. anguli, b a d, vel, b a e, latere, a b dato, & ducto perpendiculo comprehensi hic erit semper acutus, nisi cum perpendiculum opponetur datorum angulorum obtuso - ratio est, quia cum perpendiculum opponitur obtuso, vt ipsi, a b d, necessariò etiã angulus, b a e, est eiusdem speciei cum, a b e, nam hypot. a b, est quadrante minor, & ideò est obtusus, & perpendiculum cadet extra, licet non ad partes obtusi in hoc casu, quemadmodum hucusq; seruatũ est; sumpta ergo differentia inuenti anguli, b a e, vel, b a d, & dati, b a c, quorum species non ignoramus, fiet notus, c a e, siue. c a d, & insimul cognoscemus an perpendiculum cadat intra, vel extra, nam si inuentus angulus superat. b a c, datum, vt ex. g. ipse, b a e, cadit extra, si ab eo superatur, cadit intra. Rursus ex lemmatis 4 priori parte, Tangentes 2. laterum a b, a c, Sinibus 2. angulorum, b a d, d a c, vel, b a e, c a e, directè sunt proportionales,



vnde

vnde Comp. Ar. maius primi termini, hoc eſt Tomo. anguli, b a d, cum log 2. anguli, d a c, vel Tom. anguli, b a e, aut reſidui ad ſemicirculum, cum eſt obtuſus, cum log 2. c a e, & Meſ. 2. lateris dati, b a, facit Meſ. 2. lateris quęſiti, a c, quod ſpecie confor matur angulo ſecundo inuento, nempè, vel, d a c, vel, c a e, cum perpendiculum opponitur ãngulo acuto, & eſt contrariæ ſpe ciei eidem angulo, cum opponitur obtuſo, etenim cum, a b c, eſt acutus, perpendiculum eſt quadrante minus, vnde etiam, a c e, vel, a c d, eſt acutus, ſi ergo, c a e, vel. c a d, quoq; fuerit acutus erit, c a, quadrantę minor, ex Reg. 1. gen. ſi obtuſus erit, c a, qua drante maior; verum cum perpendiculum opponitur obtuſo, a b c, eſt obtuſus pariter, a c e, vnde ſi ſit, quoq; obtuſus, c a e, a c. eſt quadraute minor, ſi acutus. a c, eſt quadrante maior cõtrarię inquam affectionis ſecũdò inuento angulo. cum perpendiculum opponitur obtuſo, eiuſdem affectionis cum eo, cum perpendiculum opponitur acuto.

Ratio decimæ.

Iiſdem datis, quæritur tertius angulus, b c a, decreuimus ergo ad hunc angulum inueniendum, ſemper ab angulo obtuſo demittendum eſſe perpendiculum, ſi alter datorum angulorum fuerit obtuſus, maioris facilitatis gratia, igitur ratio inueniendi angulum, b a d, vel, b a e, patet, & ex dictis pro priori parte antecedentis, vt non ſint hic ipſa repetenda, & quoniam hic perpendiculum ſemper opponitur angulo acuto, ideò angulus primò inuentus. nempè vel, b a d, vel, b a e, qui debet ſpecie ipſi a b d, conformari (cum. a b, hypot. ſit minor quadrante) ſemper erit acutus, vnde ſumpta differentia eiuſdem, & anguli, b a c, ſcitur an intra, vel extra cadat perpendiculum: Quia vero ex lemmatis 2. priori parte Sinus angulorum caſibus oppoſitorum Sinibus 2. angulorum ad baſim directè ſunt proportionales, ideò Comp Ar maius primi termini, hoc eſt Tom. 2. b a d, cum log-mo, d a c, vel Tom. 2. b a e, cum logarithmo, c a e, & log-o 2. a b c, dabit log um 2. a c b, qui cum perpendiculum cadit intra ſemper eſt acutus, cum verò extra ſemper obtuſus. quia, a b c, cui opponitur perpendiculum, ſemper ſupponitur acutus.

Ratio vndecima.

IN eodem Schemate datis tribus lateribus, a b, b a, c a, quęritur ex.g. angulus, a b c, & sunt, a b, a c, quadrante singillatim minores, cum ergo ostensum sit in lemmate 7 vt Tangens semibasis veræ dimidiæ, b c, se habet ad Tang. semisummę laterum, a b, a c, ita Tang. semidifferentię eorundem se habere ad Tang. semibasis alternę, ideò Comp. Ar. maius primi termini, hoc est Mes 2. semibasis veræ, cum Mes. semisummæ laterum, & Mes. semidifferentiæ eorundem, dabit Mes. semibasis alternæ, ex quarum semibasium differentia perpendiculi casum diiudicare poteris, sunt etenim ambo casus quadrante minores, etenim debent perpendiculo, a d, siue, a e, specie conformari, cum, a b, a c, hypotenusæ semper supponantur quadrante minores, perpendiculum autem, siue cadat intra, siue extra semper opponitur angulo acuto, a b c, (cadente enim extra sumimus casum ad partes obtusi) & ideo perpendiculum, & vtriq; casus semper erunt singillatim quadrante minores, maior autem casus est aggregatum semibasis verę, & semibasis alternæ, vt patet in figura lemmatis 7. in qua, & in Triangulo, g h b, dimidium b o, basis alternæ, cum, o i, facit dimidium, b h, basis veræ, idest facit semibasim veram, cui si iunxeris idem dimidium, b o, idest semibasim alternam, fit tota, b i, similiter in Triangulo, b g o, extra cadente perpendiculo g i, dimidia b h, basis alternæ, nempè, i o, cum dimidia, o b, & reliqua dimidia, o b, basis veræ, componit maiorem casum, b i, quod si detrahamus minorem semibasim ex maiori semibasi, siue alternam ex vera, siue veram ex alterna, relicta differentia erit casus minor, si enim tollamus basim, b o, veram ex alterna, b h, relinquitur, o h, duplus casus minoris i o, vel si auferamus, b o, basim alternam ex, b h, basi vera, relinquitur idem, o h, duplus minoris casus, o i, ergo si dimidium ex dimidio adimetur, remanebit semper minor casus, o i, Ex inuento igitur casu, b d, vel, b e, quęsito angulo, a b c, adiacente, & latere noto, a b, eidem adiacente, dest ex hypotenusa, a b, & crure, b d, vel b e, quęrimus angulũ cruri adiacentem, iungentes, per Reg. 5. Rect. Mes. cruris, siue casus b d,

vel,

Vel, b e. cum Mes. 2. hypot. siue lateris noti, b a, fit enim log. 2. anguli, a b c, cruri adiacentis, qui dum opponitur perpendiculo intra cadenti, vel extra, semper est acutus, cum enim cadit intra, sunt anguli, a b c, a c b, eiusdem affectionis, & non obtusi, vt in Admonitione ant. Cap probatum est, & ideò sunt acuti, cũ verò cadit extra sunt diuersæ affectionis, & casum sumimus ad partem obtusi, & ideò extra perpendiculo cadente, qui opponitur ipsi perpendiculo, vt, a b c, est acutus; qui verò est ad partes perpendiculi, a e, vt, a c b, est obtusus.

Ratio duodecimæ.

DE inuentione Trianguli lateribus, & angulis tuo reciproci admonitus fuisti in hac parte 3. Def. 13. vbi diximus cuiuslibet angnli Complementum ad semicirculum, & reliquos, prout stant, in latera commutari posse, cuius anguli, nempè Comp. ad semicirculum eius, qui opponitur sumpto Complemento, & reliqui duo lateribus tui Trianguli reciprocè adæquantur, vnde per hanc Reciproci Trianguli inuentionem, ad antecedentem Regulam reuocamur, ad illius ergo cautiones attendendum erit.


Ratio generalis Regulæ auferendæ ũnitatis, vel binarij à facta summa vltimo loco ad sinistram.

IN ijs operationibus, in quibus fit summa duorum log. rum in genere, operamur per Regulas log. cas Rectangulorum, in quibus iam præcepimus semper esse auferendam vnitatem; vnde hanc legem in his quoq; seruare debemus: In ijs verò, in quibus fit trium additio, quoniam iungimus semper Com. Ar. maius, ideò per Reg. gen. 6. Partis 2. binarium semper a facta summa auferendum erit.

Exem-

Exemplum primæ Regulæ.

SIt idem Triangulum Sphæricum, s z p, quod solutum fuit in ant. Cap. & in eo dentur adhuc, z s, G. 54. 50. z p, 43. 20. 42. angulus ipsi z p, oppositus, nempè, z s p. G. 52. 30 & species anguli, z p s, nam opponitur quadranti propiori, qui sit acutus, igitur per Reg. 1, operādo, Tom. 2. z s, iungo log. mo, z p, & Tom. 2. z s p & fit Tom. 2. z p s. G. 70. 53. 12 (subintellige semper, dempta vnitate, vel binario &c. iuxta Regulam generalem, etiāsi nō dicatur) opus sanè fuit demissione perpēdiculi ad



Z S G. 54 50. 0. Tom. 2		10 0875228
Z P. 43. 20 42. log.		98365708.
Z S P. 52. 30 0. Tom. 2.		10. 1005333
Dāt To. 2 Z P S. G 70. 53. 12		10. 0246269

hanc Regulam probandam, in huius tamen praxi ea non indigemus, sed quidem in seuqentibus, excepta praxi Regulæ quartæ, supradicta autem ostendit primus calculus.

Exemplum secundæ.

IIsdem datis, quæritur, s p, hic ergo demittendum est perpendiculum, quod scimus intra cadere, quia anguli, z s p, z p s, sunt acuti; igitur iuxta Reg. 2. operando Tom anguli, z s p,

iungo

iungo Mes. 2. z s, & fit Mes. 2. s d. G. 40, 49. 42. deinde log um 2. z s, iungo cũ Tom. z p, et To. s d & fit Tom. d p, G. 17. 10. 25. igitur, s p. colligitur es G. 58. 0. 7 vt in 2. calculo.

2

ZSP. G. 52. 30 o Tom.	10.2155529
Z S. 54. 50. o. Mes. 2.	98479127.
Dãt Mes. 2. S D. G. 40. 49. 42	10.0634656
Z S. G. 54 50. o, log. 2	97603899.
Z P. 43 20. 42. Tom.	10 1383259
S D. 40. 49. 42. Tom.	10.1210924
Dant To. D P. G. 17. 10. 25.	10.0198082
Vnde fit S P. 58. o. 7.	

Exemplum tertiæ.

I*Isdem datis, quæritur angulus, s z p; igitur per Reg. 3. operando; iungo log. 2. z s, cum Mes. anguli, z s p, & fit Mes. 2. anguli, s z d, G. 53. 6. 29. deinde iungo Mes. 2, s z, cum Mes z p & Tom. s z d, & fit Tom. ãguli, d z p, G. 25. 28. 43 quorum inuentorum, s z d, d z p, sũma quia cadit intra perpendiculum, dat, s z p, G. 78. 35. 12. vt in 3. calculo.*

3

Z S. G. 54. 50. o log 2.	97603899.
Z S P. 52 30. o. Mes.	10 1150195
Dãt Mes. 2. Z S D G. 53 6 29	98754094.
S Z. G. 54 50. o. Mes 2.	98479127
Z P. 43. 20 42. Mes.	99748967.
S Z D. 53. 6, 29 Tom.	10.2216260
Dãt To. D Z P. G 25. 28. 43.	10.0444354
Vnde fit S Z P. 78 35. 12.	

Exem-

Exemplum quartæ.

D*Entur nunc in eodem Triangulo, s z p. duo anguli, cum latere vni eorum opposito, & specie reliquo oppositi, nẽpè z s p, G. 52. 30. z p s, G 70 53. 12. & z s, G. 54. 50. sit autem quæsitum latus,*

4

ZSP.	G. 52. 30. o. Tom. 2	10.1005333
ZPS.	70. 53. 12. log	99753733
ZS.	54 50. o. Tom. 2	10.0875228
Dãt To. 2. Z P. G. 43. 20. 42.		10.1642494

z p. quod erit notæ speciei quia non opponitur quadranti propiori estque quadrante minor, igitur per Reg 4. operando, iungo Tomo. 2, z s p, cum log mo z p s, & Tomo. 2. z s, & fit Tom. 2. *z p, G 43. 20. 42. vt patet in* 4. *calculo.*

Exemplum quintæ,

I*Isdem datis quæritur s p, ergo demittatur perpendiculum à, z, communi termino laterum, z s, z p, datis oppositorum, quod cadet intra, quia ambo anguli sunt acuti; per Reg. 5. igitur iungo Mes. 2 z s, cum Tom. z s p, & fit Mes. 2. s d, G. 40. 49 42. deinde*

5

Z S.	G. 54. 50. o. Mes 2.	98479127.
Z S P.	52. 30. o Tom.	10.2155529
Dãt Mes. 2. S D. G 40. 49. 42		10.0634656
S D.	G. 40. 49. 42. log.	98154415.
Z S P.	52. 30. o. Mes.	10.1150195
Z P S.	70 53. 12. Mes. 2.	95397554.
Dant log. D P. G. 17. 10. 25.		94702164.
Vnde fit, S P.	58. o. 7.	

iungo

iungo log. s d, cum Mes z s p & Mes 2. z p s, & fit, log. d p, G. 17. 10 25. iungo, s d, d p, fit, s p, G. 58. 0. 7. vt in 5. calculo.

Exemplum sextæ.

I*Isdem datis, quæritur angulus, s z p; igitur per Reg 6. operando, iungo log. 2. z s, cum Tom z s p, & fit Mes 2. s z d; Deinde iungo log. s z d, cum Tom. z s p, & log. 2. z p s, & fit log. d z p, quorum sũma dat ipsũ s z p, G 78. 35. 12. alias cadente extra perpendiculo, eorum differentia esset, s z p, quæsitus angulus; hæc verò ostendit 6. calculus.*

6

ZS G. 54. 50 0 log. 2.	97603899
ZSP. 52. 30. 0. Mes.	10.1150195
Dãt Mes. 2. Z S D. G. 53. 6. 29	98754094
S Z D. G. 53. 6. 29. log.	99029646
Z S P. 52. 30. 0. Tom.	10.2155529
Z P S. 70. 53. 12. log. 2.	95151288
Dãt log. D Z P. {G. 25. 28. 43.	96336463
Vnde fit. S Z P. 78. 35. 12.	

Exemplum septimæ.

D*Entur nunc in eodem Triangulo, z s p, duo latera, z s, G. 54. 50. s p, G. 58 0. 7. & angulus ab eisdem comprehensus acutus, z s p, G. 52. 30. quæritur angulus, p, demisso ergo perpendiculo, z d, ab extremo lateris, s z quæsitum subtendentis nẽpe a, b cuius casum adhuc nescimus an intra, uel extra futurus sit operando per Reg. 7. iungo Tom z s p, cum Mes. 2. z s p, & fit Mes. 2 s d, G. 40. 49. 42. quadr. minoris, quia demittitur perpendiculum à latere quadrante minori,*

& quia est minor casus inuentus, s d, latere, s p, ideò ex, hoc arguo perpendiculum intra cadere, demo igitur s d, ex, s p, restat, d p, G. 17. 10. 25. qui est secũdus casus. Deinde Tom. 2. d s,

7

ZSP.	G.52.30. o.Tom.	10,2155529
ZS.	54.50. o.Me.2.	98479127
Dãt Me.2.S D.G.40.49 42.		10.0634656
DS.	G.40 49.42.Tom.2.	10.1845585
DP.	17.10.25 log.	94702164
ZSP.	52.30. o.Mes.2.	98849805
Dãt Me.2.Z P S.G.70.55.12		95397554

iungo cum log. d p, & Mes. 2. z s p, & fit Mes. 2. z p s, G. 70. 53. 12. prout apparet in 7. calculo, hic autem angulus est acutus, quia certò scimus perpendiculum intra cadere; cadẽ verò arte haaebitur reliquus angulus.

Exemplum octauæ.

Iisdem datis, quaritur tertium latus, z p, ducto ergo perpendiculo à quocũq; datorũ laterũ, vt ab, s z in reliquum latus datum, cuius casũ adhuc distinguere nescio per 8. Reg. Tom.

8

ZSP.	G.52.30. o.Tom.	10.2155529
ZS.	54.50. o.Mes.2.	984791 27.
Dãt Me.2.S D.G 40.49 42.		10 0634656
SD.	G.40.49.42. Tom.	10.1210924
DP.	17.10 26. log 2.	9980184
ZS.	54.50. o. log. 2.	97603899
Dãt log 2.Z P. G.43 20.42.		986 674

z s p,

z s p, iungo Mes. 2. z s, & fit Mes. 2. s d, G. 40. 49. 42. minoris quadrante, ratione supradicta, qui cum sit minor, s p, arguo perpendiculum intra cadere, dempto ergo, s d, ex, p s, remanet, d p, G. 17. 10. 25. secundus casus. Deinde iungo Tom. s d, cum log. 2. d p, & log. 2. z s, & fit log. 2. z p quadrãte minoris, quia secundus casus est quadrante minor, est ergo, z p, G. 43, 20. 42. ut patet in 8. calculo.

Exemplum nonæ I

Datis nunc in eodem Triangulo, z s p, duobus angulis, z s p. G. 52, 30. p z s, 78. 35. 12, & interiacente eisdẽ latere, z s, G. 54. 50. quæritur alterutrum reliquorum laterũ, ut, z p, demittendum est ergo per pendiculum à puncto, z, cõmuni dato, & quæsito lateri, cuius casum adhuc nescire possumus, sit autem, z d, igitur per Reg 9. iungo log. 2. z s, cum Mes. z s p, & fit Mes 2. s z d, acuti quia perpendiculum opponitur acuto z s p, est autem minor, s z p, ex quo arguo per pendiculum intra cadere, demo, s z d, ex, s z p, restat angulus d z p, notificatus. Deinde iungo Tom s z d, cum log. 2. d z p, & Mes. 2. z s, & dabit Mes. 2. z p quadr minoris, quia per pendiculum opponitur acuto, z s p, & angulus secundò inuentus

9

Z S. G. 54. 50. 0. log 2.	97603899
Z S P. 52. 30. 0. Mes.	10 1150195
Dãt Mes. 2, SZ D. G. 53 6 29	98754094
S Z D. G. 53. 6, 29. Tom.	10. 22 6260
D Z P. 25. 28 43. log. 2.	99555646
Z S. 54 50. 0, Mes. 2	98479127
Dãt Mes. 2. Z P G 43 20 42.	10. 025 1033

tus est acutus, est ergo, z p, G. 4 3. 20. 42. vt patet in 9. Calculo; eadem vero arte poterimus reliquum latus obtinere.

Exemplum decimæ.

I Isdem datis, queritur tertius angulus, p, demisso ergo perpendiculo à quouis extremorum, s z, (quia datorum angulorum neuter est obtusus, alioquin ab obtuso ducendum esset) cuius adhuc nescio casũ, ã intra, vel extra ipse futurus fit, per Reg 10.

10

ZS G. 54. 50. 0. log. 2.	97603899
ZSP. 52. 30. 0. Mes.	10 1150195
Dãt Mes. 2. S Z D G. 53. 6. 29	98754094
SZD. G. 53. 6. 29. To. 2.	10 0970354
DZP. 25. 28. 43. log.	96336463
ZSP. 52. 30. 0. log. 2	97844471
Dãt log. 2 ZPS. G. 70. 53. 12	95151288

iungo log. 2 z s, cum Mes. z s p, & fit Mes. 2. anguli, s z d, acuti, nam ducimus perpendiculum oppositum acuto, est autem, s z d, G. 5 3. 6. 2 9 minor, s z p, & ideo cadit intra, demo, s z d, ex, p z s, restat d z p, G. 2 5. 2 8. 4 3. Deinde iungo Tom. 2. s z d, cum log d z p, & log. 2. z s p, & fit log. 2. z p s, G. 7 0. 5 3. 1 2. acuti, quia, z s p. est acutus, & perpendiculum cadit intra.

Exemplum vndecimæ.

D Entur nunc tria latera, z s, G. 5 4. 5 0. z p, G. 4 3. 2 0. 4 2. & , s p, G. 5 8. 0. 7 quæritur angulus, z s p, sunt autem latera, z s, z p, ipsum non ambientia singillatim quadrante minora, igitur per Reg. 1 1. iungo Mes. 2. dimidij, s p, semibasis

ſis veræ, cum Meſ. ſemiſummæ, s z z p & Meſ. ſemidifferentiæ eorundem & fit Meſ. G 11. 49 38 ½. ſemibaſis alternæ, quæ cum ſit minor ſemibaſi vera indicat perpendicu-

II

Semibaſis veræ	G. 29. 0 3. ½ Meſ. 2.	10.2561306
Semiſummæ, z s, z p,	49 5 21. Meſ.	10.0622023
Semidiff. eorundem	5. 44. 39. Meſ.	90025630
Dant Meſ. ſemib alt.	G. 11. 49 38. ½	93209959
S D. Ag. ſemibaſium	G. 40 49 4. Meſ.	99365346
Z S	54. 50 0. Meſ.	98479127
Dant log. 2. Z S P.	G. 52. 30. 0.	97844467

lum ductu à, z, nempè, z d, intra cadere, ſi ergo ſemibaſes iunxero, habebo caſum maiorem G. 40 46 42. Si earum differentiam accepero habebo caſum minorem G. 17. 10. 25. ambo ſingillatim quadrante minores. Deinde iungo Meſ. s d, cum Meſ. 2. z s, & fit log. 2. z s p, G. 52. 30 acuti, quia perpendiculum intra cadit. Sic autem poſſemus habere angulum p: angulus verò, z, ſit ducto perpendiculo non niſi per tres additiones log-rum haberi poſſet, niſi perpendiculum duceretur a communi termino laterum, z p, p s, non ipſum, s z p, ambientium.

Exemplum duodecimæ.

D*Entur poſtremo ſingillatim tres anguli Trianguli z s p, nempè, z s p, G, 52. 30. z p s, G. 70. 53. 12. & s z p, G. 78. 35. 12 quæritur latus, s p huius ergo ſumo Comp. ad ſemicirculum G. 101. 24 48. & angulos z s p, G. 52. 30 z p s*


G. 70.

G.70.53.12. prout stant, & imaginor hos esse tria latera alicuius Trianguli, in quo cupiam quærere angulum oppositũ arcui G.101.24.48. sed quia in hoc reciproco, Triangulo laterum non ambientium quæsitum angulum non reperio duo

12

Semibasis veræ	G.63 45. 0. Mes. 2.	96929750
Semisummæ, b r. r e,	74 44. 12 Mes.	10.5640262
Semidiff. eorundem	3.51. 0. Mes.	88279924
Dant Mes sem. alterne	G. 6. 56. 3.	90849936
Diff. semibasium	G. 56. 48 57 Mes.	10.1844308
R B.	70.53. 12. Mes. 2.	95397554
Dant log. 2. R B E.	G. 58. 0. 7.	96241862

esse quadrante singillatim minora, ideo Triãgulum Vicarium substituendum est, vt in apposito schemate,



a r, stat pro Comp. anguli, z, nempè est G 101, 24. 48. a b, stat pro angulo, s, G 52. 30. & , r b, stat pro angulo, p, G. 70. 53. 12. volens ergo in meo Triangulo, z s p, latus, s p, quærendus mihi est in Triangulo, r a b, angulus, r b a, illius complementum ad semicirculum, sed quia latera, r a, a b, vel a r, r b, quæsitum angulum non ambientia, non sunt quadrãte singillatim minora, ideò Triangulum Vicarium ex Cautione 2. substituendum erit, quod adiacet alteri laterum, a b, b r, quadrante minorum, vt ipsi, r b, quod habetur ex continuatione

nuatione

nuatione laterum, a r, a b, versus, r b, usq; ad concursum, vt in, e, ita ut soluendũ sit Triangulum, r b e, cuius latus, r e, Comp. a r, ad semicirculum, est G. 78. 35. 12. r b, G. 70. 53. 12. & b e, Comp. a b, ad semicirculum G. 127. 30. cũ ergo in, a r b, quæreretur angulus, a b r, in, r b e, quæritur, r b e, illius Comp. ad semicirculum sunt autem latera, r b, r e, ipsum non ambientia quadrante singillatim minora, & ideò, r b e, solutioni congruum, per Reg. ergo 11. ad quem Problema reuocatum, est iungo Mes 2 semibasis veræ, idest dimidij, b e, cũ Mes. semisummæ laterum, b r, r e, & Mes semidifferentiæ eorundem, & fit Mes. semibasis alternæ minoris vera, & ideò arguo perpendiculum intra cadere, iungo vtrasq; semibases fit Casus maior, e d, G. 70. 41. 3. & minor, d b, G. 56. 48. 57. Deinde iungo Mes. Casus minoris, b d, quæsito angulo adiacentis, cum Mes 2. r b, & fit log. 2. anguli, r b d, G. 58. 0. 7. acuti, quia perpendiculum cadit intra; quod verò casus ipsi, b r, conterminans sit reliquo casu, d e, minor, colligitur ex lemmate primo: cum enim ibi ostendatur Sinus 2 laterum Sinibus 2. casuum directè esse proportionales, ideò, si, b r, est minor, r e, vti nunc contingit, etiam, b d, est minor, d e, si maior, maior, & si æqualis æqualis. Aduertendum est autem, quod si in Triangulo, r a b, inuenissem angulum, r b a, illius Comp. ad semicirculum fuisset latus, s p, in nostro Triãgulo, sed quia huic Triangulo, r a b, opus fuit Vicarium substituere, r b e, propterea inuentus angulus, r b e, qui est Comp. ad semicirculum anguli, r b a, est propria quantitas lateris, s p, in Triangulo nostro; Verum si comodius existimabimus sumere Comp. ad semicirculum anguli non quæsito lateri oppositi, vt non sit substituendum Triangulum inuento Reciproco Vicarium, illud quoq; fieri poterit, si enim primo sumptũ

fuisset

fuisset Comp. Ar. a b. hoc est anguli. z s p, factum fuisset idem Triangulum. R B E, nostro reciprocum. Cadente verò extra perpendiculo, iuxta Regularum cautiones operationes expedientur. Præfotas igitur 12. Regulas, quibus omnis in Triãgulis Sphæricis obliquangulis clauditur ars supputandi, nedũ proprijs rationibus stabiliuimus, sed etiam Exemplis cum alijs in ant. Cap. & mutuò excerptis, ad amussim concordãtibus, illustrauimus, quarum valorem euidenter ille experietur, qui in hac Astronomica Palæstra se se nonnihil voluerit exercere.


Caput VI.

De Sphæricorum Axiomate quarto, Regulisq; logarithmicis ab eodem emanantibus.

ETsi per duo Cap. antecedentia sufficientissimè omnẽ in obliquangulis Sphæricis calculum expedire possimus, quia tamen sex posteriora Problemata cæteris difficiliora videntur, ideò in eorum gratiam pręcipuè, qu varietate delectantur, in presenti Capite aliam methodum eadem sex posteriora soluẽdi Problemata explicabimus (quę pendet ex quarto Axiomate hic demonstrando) fortasse enim alicui per huius Capitis Regulas log-cas operari non minus facilè videbitur, quam per Regulas superius adductas, sed ad ipsum Axioma accedamus.

Axioma quartum.

IN Triangulis Sphęricis Obliquāgulis, Vt Quadratum Sinus Totius est ad Rectangulum sub Sinibus rectis quorumuis duorum laterum, ita Sinus versus anguli ab ijsdem lateribus comprehensi est ad differentiam inter Sinū versū tertij lateris, & Sinum versum differentiæ dictorum laterum. Quadratum verò Sinus totius est ad Rectangulum sub Sinibus rectis duorum quorumlibet angulorū, vt Sinus versus lateris eisdem adiacentis ad differentiam inter Sinū versum tertij anguli,& Sinum versum differentię vnius dictorum angulorum,& alterius ad semicirculum complementi.



Ratio Axiomatis.

SIt Triangulum Sphęricum, c r h, cuius latera,c r,c h, singillatim sint quadrante minora,& angulus,c, ab eisdem comprehensus acutus; Dico, vt quadratum sinus totius ad rectangulū sub sinibus rectis laterum,c h,c r,ita esse sinum versum anguli, h c r,ad differentiam sinuum versorum basis, & differentię laterum. Producantur,c h,c r,vt fiant quadrantes, c d,c e, polo autem,c,describatur arcus,d e,qui erit quantitas anguli,c,& polo eodem,c,describatur circumferentia,t h, iuxta quantitatem,c h,maioris lateris,polo vero,r,describatur arcus,h q,iuxta quantitatem,r h,dinde communis sectio duorū circuli quadrantum,e a c,d a c,sit,a c,sit.a c,radius circuli, & iungantur, d a,e a,cadant autem,iuncta,r a, super ipsam perpendiculares à punctis,q,t,c,ipsę,q i,t s,c k, sinus recti arcuum,q r,t r,c r, est autem,q r,basi,h r,æqualis,similiter,t r,est æqualis differentię laterum,h c,c r,quorum arcuum,q r,r t,sinus versi sunt, i r, r s, & eorum differentia est, i s, ducatur verò tandem à puncto, t,

perpendicularis t b,ipsi,a c,quæ erit sinus rectus arcus,c t,siue, c h,quæ secet,q i,in,p,& iuncta,h p, ducatur, p o,parallela, i s, cui erit æqualis,& ab,e, cadat, e u, perpendicularis super, d a, erit ergo,d u,sinus versus arcus,d e,siue anguli, c,quia verò pla num circuli maximi,d a c,transit per polos circulorum, quorũ arcus sunt,h q,h t, ideò eosdem ad angulos rectos secat, per Propr.2.huius,& viciſſim ab illis rectè secatur,plana ergo,t h b, (iuncta,h b)q h i,recta sunt plano, d a c , vnde eorum communis sectio,per 19.Vndecimi Elem.scilicet,h p, eidem plano recta erit, vnde omnibus in eodem plano per eius extremum transeuntibus rectis perpendicularis erit, & subinde ipsi, t b, vnde,h p,erit sinus rectus arcus,h t,t p,vero eiusdem sinus versus. quoniam ergo,d u,ad,p o,sumpta media,t p,haber rationem compositam ex ratione,d u,ad,t p. ideſt ex ratione, d a,sinus totius,a d,t b,sinum,t c,vel, h c. (sunt enim arcus, d e, t h, similes per.10.secundi sphericorum Clauij, similium verò arcuum sinus versi sinibus totis directe sunt proportionales, vt facilè oſtendi poteſt) & ex ratione,t p,ad,p o,ideſt,c a,sinus totius ad,c k,nam Triangula,t o p,a k c,sunt æquiangula , etenim ob angulos rectos, t o p, x b a, & angulos, t x r, a x b, æquales sunt, t x s,a x b,æquiangula eſt autem,t o p, æquiangulum,t s x, ob,p o,parallelam ipsi,s x, &,c k a,eſt æquiangulum ipsi,a x b, ob angulos rectos,a b x,c k a,& communem ad, a, vnde, c k a, t o p,sunt æquiangula, vt dictum eſt , duæ autem rationes sinus totius ad Sinum,t b,& eiusdem ad sinum , c k, componunt rationem quadrati sinus totius ad Rectangulum sub, t b , c k, ergo vt quadratum sinus totius ad Rectangulum sub, t b, sinu arcus,t c,siue lateris maioris,h c,& sub,c k,sinu lateris minoris c r, ita,d u,sinus versus arcus,d e,hoc eſt anguli ,r c h,ad,o p,vel s i,differentiam sinuum versorum,s r,r i,quorum,r i spectat ad, t r,differentiam laterum,h c,c r, quod eſt prior pars Axiomatis verificata,si modo paucis mutatis, aprehendas eandem demonſtrationem cuiq; Triangulo adaptari,vt Maginus , & fusius Clauius insphæricis prop.58.demõſtrauit, Axioma igitur vniuersale esse quoad priorem partem intelligimus.

Quoad poſteriorem verò propositum oſtendemus inuento Triã-

gulo

gulo nobis oblato lateribus, & angulis reciproco, commutantes enim duos angulos in latera, & latus in angulum, eodem modo fit demõstratio, quo supra: Aspice ergo Schema Def. 13. huius, in quo propositum sit ostendere posteriorem partem Axiomatis circa angulos, a. b, & latus illi adiacens, a b, ibi ergo inuenimus Triang. predicto reciprocum, k i h, in quo latus, h i, æquatur angulo, a, latus, k i, æquatur compl. ad semicirculum anguli, a b c, vnde est idem sinus tã lateris, k i, siue cõplementi ad semicirculũ anguli, a b c, ac ipsius ang. abc, & angulus, k i h, ęquatur lateri, a b, angulis, a, b, adiacenti, basis verò, k h, æquatur angulo verticali, a c b, quæ omnia ibidem declarata sunt. Cum ergo iam ostensum sit, vt quadratum sinus totius ad rectangulum sub Sinibus rectis laterum, k i, i h, ita esse sinum versum anguli, k i h, ad differentiam sinuum versorum basis, k h, & differentiæ laterum, k i, i h, ideò, commutatis, vt dictum est terminis, ostensum erit, vt quadratum sinus totius ad rectangulum sub sinibus rectis, laterum, k i, i h, idest sub sinibus rectis angulorum, c b a, c a b, ita esse sinum versum anguli, k i h, hoc est lateris, a b, angulis adiacentis, ad differentiam sinuum versorum basis, k h, hoc est anguli verticalis, a c b, & differentiæ laterum, h i, i k, hoc est differentiæ anguli, c a b, &, a b c, ad semicirculum complementi, ostendimus ergo, vt quadratum sinus totius ad rectangulum sub sinibus rectis angulorum, c a b, c b a, ita esse sinum versum lateris, a b, eisdem angulis adiacentis ad differentiam sinuum versorum, quorum vnus est anguli, a c b, verticalis, alter est differentiæ anguli, b a c, à complemẽto ad semicirculum anguli, a b c.

Corollarium.

EX hoc manifestum est, cum latera fuerint æqualia, vel anguli, quod, vt quadratum sinus totius ad quadratum sinus recti alterutrius crurum, ita sinus versus anguli lateribus cõprehensi erit ad Sinum versum basis, (& sic suo modo circa angulos) cũ enim differentia laterum nulla sit, nullus etiam est eiusdem sinus versus, vnde talis inuenta differentia tunc coincidit cum sinu verso ipsius basis, sed ne hoc forte dubium, alicui videatur, ipsum sic ostendimus.

Sit Triangulum Isosceles, c t h, cuius latera, c t, c h, sint æqualia ambientia angulum acutum, t c h, productis ergo lateribus, c t, c h, vt fiant quadrantes, polo, c, describat quadrans, c d, arcum, d e, &, c t, arcum, t s h, differentem à, t h, q. a. t h, est arcus circuli max. t s h, aũt circuli minoris, & tandẽ polo, t, describat, t h, arcum, q h, sit autem, vt supra, c a, communis sectio duorum quadrantum, d a c, e a e iunctis, d a, e a. ducta vero, t a, cadant à punctis, e, t, q, c, perpendiculares, nẽpè, e u, super, d a, &, q i, c k, super, t a, &, t b, super, c a, producta autem, q i, incidat ipsi, t b, in p, similiter ergo, vt superius ostensum est, patebit, d u, esse Sinum versum arcus, d e, hoc est anguli, c, q i, sinum rectum arcus, q t, siue eidem æqualis, t h, & eius sinum versum, i t, &, t p, sinum versum arcus, t s h, t b, sinum rectum, t c, cui æquatur, c k, sinus rectus ipsiusmet, c t, insuper Triangulum, t i p, æquiangulum esse Triangulo, t a b, siuè, c k a, vt supra ostendemus cum ergo, d u, ad, t i, sit in ratione composita ex ea, quam habet, d u, ad, t p, idest, sinus totus ad, t b, vel, k c, illi æqualem, & ex ratione, t p, ad, t i, hoc est eius, quam habet sinus totus, a c, ad, c k, ideò, cum duæ rationes sinus totius ad, c k, componant rationem quadrati sinus totius ad quadratum, c k, vel ad quadratum, t b, sequitur, vt quadratum, sinus totius est ad quadratum alterutrius sinus recti laterum, c t, c h, ita sinum versum, d e, hoc est anguli c, dictis lateribus comprehensi esse ad sinum versum basis, t h, vel pe reciprocum Triangulum sequitur in Isocele, quadratum sinus totius ad quadratum sinus recti alterutrius angulorum æqualium esse, vt sinus versus complementi basis ad semicirculum, ad sinum versum complementi anguli verticalis ad semicirculum, in schemate enim Def. 13. huius si supponamus angulos, b a c, b c a, æquales esse inter se, quibus in Trian-

gulo

gulo reciproco, k i h, adæquãtur latera, i h, h k, angulus, k h i, ęquatur Complemento, a c, ad semicirculum, & basis k i, ęquatur complemento anguli, a b c, ad semicirculum, vnde cum ostẽsum sit, vt quadratum sinus totius ad quadratum cuiusuis sinuum rectorum ęqualium, ita esse sinum versum anguli, k h i, ad sinum versum basis, k i, ideò in Isoscele, a b c, vt quadratum sinus totius ad quadratum alterutrius sinus angulorum, b a c, b c a, ita esse sinum rectum complementi ad semicirculum basis, c a, ad sinum rectum complementi ad semicirculum anguli verticalis, ab c, certum manet, ac firmè demonstratum.

Problemata, & Regulæ sex log-cæ ex præfato Axiomate deriuatæ.

	Si quæramus.		*Regula talis erit.*
1	Ex datis duobus lateribus, & angulo cõprehenso.	Ipsam basim.	Log-mi laterum, cum Vers ang. dabunt log numeri, qui cum Sin. Vers. differentiæ laterũ, componet sinum versum basis quæsitæ.
2		Angulorũ reliquorum quemuis.	Quære basim per ant. & postea per primam Reg. Cap. 4. angulum quęsitum obtinebis, si illius speciem nõ ignores.
3	Ex datis duobus angulis, & latere interiacente.	Angulum tertium.	Log-mi angulorum, cum Vers. dati lateris, dabunt log. numeri, qui cum Sin. Vers. differentiæ vnius angulorum datorum, & alterius Comp. ad semicirculum componet sinum versum quęsiti anguli.
4		Laterum reliquorũ quoduis.	Quære angulum tertiũ per ant. & postea per Reg 4. Cap. 4. quæsitum angulum obtinebis, si illius speciem non ignores.

5 Ex datis tribus lateribus angulorum quemuis, conuenienter autem prius queres angulum omnium quadranti proximum.	Tom-mi 2. laterum quęsitũ abiętium, cum log-mo differentię Sin. Verſorum baſis, & differentię laterum, dabunt Verſi log. quęſiti anguli: reliquos verò p p. Reg. habere poteris.
6 Ex datis tribus angulis laterum quoduis, conuenienter autem prius quæres latus omnium quadranti proximum.	Tom-mi 2. angulorum quæſito adiacentium, cum log-mo differentię Sin. Verſorum tertij anguli, & differentiæ vnius adiacentium ac Compl. alterius ad ſemicirculum, dabunt Verſ. quęſiti lateris, reliqua autem per Reg. 4. cap. 4. pariter habere poteris.

Admonitio.

IN omnibus à facta ſumma Binarium vltimo loco ad ſiniſtram auferendum erit. Circa autem id, quod exigere videntur ſupradictæ operationes, nempè quod dato log mo quæratur correſpondens numerus, vel è conuerſo, modum iam docuimus in p. p. Cap. 8. & ſępè in Trigonometria planorum exemplificatũ eſt, facileque perficitur auxilio Tab. Arith. log-cę, ſi Characteriſtica mutetur in 3. dum ex log. quærimus numerum, & ſi quidem vtereris ſinu toto 1000000,0000. opus eſſet inuenire (quęſita parte proportionali) numerum tot figuris poſt primam cõſtantem, quota eſt Characteriſtica in tuo log-mo, ſi verò, vt conſulo, decreueris vti ſinu toto pauciorum ciphrarum, vt potè eo, quem in Tabula adhoc virgula ſeperauimus, qui eſt 1000000, quoniã ita ſinus totus, & conſequenter cæteri omnes intelliguntur mutilari quatuor ad dexteram notis, ſufficiet cum tuo log-mo ex Tab. Arith. inuenire numerum non tot notarum poſt primam, quot indicat charac. ſed deficientem quatuor ad dexteram notis, ſiue quocumq; vtaris ſinu toto, deficientem à numero Charac-cę tot notis, quot ciphras ſubintelligis detrũcatas à ſinu toto, ſcilicet, poſt primam figuram non habentem

tot

tot notas, quot indicat Charac. sed tot minus ad dexteram, quot deficit Ciphris assumptus sinus totus à maximo, nempè à 1000000,0000. posses etiam hoc perficere per Tabul. sinuum; sed quando sumenda est pars proportionalis, tūc laboriosior euadit operatio, quacumq; autem volueris methodo vti poteris: Cum vero dati numeri, qui erit differentia duorum sinuū versorum erit quęrendus log. tunc si sinus versi 4. ad dexteram figuris accipiuntur mutilati, vt dictam est, obserua quot habeat notas illa differentia post primam, & Charac. inuenti log-mi debebit constare nedum tot vnitatibus, quot sunt in dato numero notæ post primam, sed adhuc quatuor amplius, vnde si differentia esset 385463. Charac. esset 9. si 3854632. Charac. esset 10. si 3854. Charac. esset 7 vt in Exemplis intelligere poteris, in quibus vtemur hoc sinu toto 1000009; posses autem in hac conuersa operatione etiam vti Tabula Sinuum, sed aliquātulum laboriosius, comperies autem ob figuras quæ à Sinibus mutilari intelliguntur aliquando nonnihil, sed quidem parum inter se dr̄iæ inter log-os per Tab. Arith. inuentos ab ijs, qui per Tab. Trigon reperientur quod tamen parum refet, quod si hoc velis euitare per sinuum Tabulas poteris operari. Vlterius in eo, quod spectat ad dati arcus, vel anguli capiendum Sinum versum facilè habetur inuento sinu 2. eiusdem, residuum enim ad Sinum totum est quæsitus Sinus versus, qui etiam potest appellari Comp. Arith. Sinus 2. dati arcus, vel anguli. Cum verò ex Sinu verso arcum quærere debes, sume eiusdem differentiam ad Sinum totum, hoc est Compl. Arith. Sinus versi, & habebis Sinum 2. eiusdem arcus, vel anguli, quorum praxim in Exemplis melius comprehendere poteris; Vtimur autem Sinibus versis, & Versilog-mis, quia isti speciem quęsiti detegūt absq; alio labore, vbi dum per Sinus rectos operamur quæsiti species ex Regulis generalibus, vt plurimum petenda est.

Ratio primæ Regulæ.

LOg-um alicuius Qnadrati duplum esse log-mi lateris, & log-um alicuius Rectanguli ęqualem esse log-mis laterum diximus p.p. cap. 7. ad Proprietatem 6. Et ex eodem cap. 2. Propr.

Propr. 5. quatuor proportionalium log-mi extremorum æquãtur log-mis mediorum, cum ergo ex g in oblato Triangulo, a b c, pateat per Axioma 4. vt quadratum Sinus Totius ad Rectangulum sub Sinibus rectis laterum, a c, a b, ita esse Sinum versum anguli, a, ad differentiam sinuũ versorũ basis, & differentię laterũ, a b, a c, ideò log-mi extremorũ ęquãtur log-mis mediorum; vnde si auferamus log-um primi ex log. 2. & 3. remanebit log-us quarti, idest si log-us Rectanguli sub Sinibus rectis laterum, a b, a c, hoc est si log-mi laterum, a b, a c, iũgantur Versilog-mo anguli, a, & à summa auferatur log-us quadrati sinus totius, hoc est duplum log-mi eiusdem, hoc est 20,000000. hoc est si auferatur binariũ à facta summa (cæteræ enim cum sint ciphræ non alterant ipsum numerum) quemadmodum præcipimus ad finem Regularum, remanebit log-us dictæ differentiæ, quam inquirentes vel in Tab. Arith. vel in columna Sinuum, iungemus sinui versuo diff. later. & fiet sin. vers. basis quęsitæ, qui indicabit nobis cuius speciei sit basis, differ. verò eiusdẽ Sin. versi ad Sin. Totum erit Sinus 2. arcus, qui dẽptus, vel additus quadrãti, prout sin. vers. indicauit basim esse minorem, vel maiorem quadrante, dabit ipsam basim, prout habetur in prima Regula: Si, a b, a c, autem essent æquales, duo log-mi, a b, cum Versilog. a, dant, dempto binario &c. Versilog. b i, quod est pulcherrimum.

Ratio secunda.

HÆc manifesta est, prima enim Regula suppeditat basim, b c, deinde prima Cap. 4. ex datis lateribus, a c, c b, & angulo vni, opposito, a, docet nos venari angulum, b, cuius tamen speciem scire opus est, quam vel per hypotesim, vel per Regulas generales cognosces ex datis, sic autem etiam habere potes angulum, c.

Ratio tertiæ.

PEndet hęc ex posteriori parte supradicti Axiomatis, ex ea enim habetur log-um primi proportionalis, hoc est qua-

drati

drati Sinus totius, qui est 20,0000000. demptum ex summa log-orum Rectanguli sub sinibus rectis angulorum, idest ex summa log-orum datorum angulorum, & Versilog mi lateris èisdem adiacentis, relinquere log-um ibi dictæ differentię, ille autem tollitur, dempto binario vltimo loco ad sinistram à dicta summa, ex quo Reg. 9. rectè se habere intelligimus; inuenta autem per log-um factum differentia ea iungenda est sinui verso differentiæ vnius datorum angulorum, & alterutrius Com. ad semicirculum, & fit sinus versus tertij anguli quęsiti. Si, a b c, est ęquicrure, duo log-mi vnius ęqualium angulorum, cũ Versilog lateris interiacẽtis dant Versilogarithmum tertij anguli, dempto binario &c.

Ratio quartæ.

MAnifesta est veluti secunda, tertium enim angulum suppeditat antecedens, deinde ex datis duobus angulis exempli gratia, a, b, & vni opposito latere, b c, potes per Reg. 4. Cap. 4. habere ipsum, a c, cuius tamen speciem scire debes, ad quod vel hypotesis vel regulę generales ad hoc traditę te adiuuabũt, sic autem inuenire poteris etiam latus, a b.

Ratio quintæ.

SI Analogiam prioris partis Axiomatis acceperimus conuersis terminis, erit, vt Rectangulum sub sinibus rectis, ab, a c, ad quadratum sinus totius, ita log us dictæ differentiæ ad Versit. anguli, a, vnde per Reg. 6. generalem partis 2. Compl. Arithmeticum log mi dicti Rectanguli, hoc est duo Compl. Arithm. log-orum, a b, a c, (quorum vice, per tradita p. p. Cap. pag. 57. possumus accipere eorum Tom-os secundos, & sunt Compl. Arith. maiora) hoc est Tom-mi secundi laterum, a b, a c, cum duplo log-mi sinus totius nempè 20,0000000. & cum log-mo dictæ differẽtię, dant Vers. anguli, a, quia tamen adduntur duo Compl. Arith. maiora dum adduntur illorum vice Tom mi 2. laterum, a b, a c, ideo pro vnoquoq; binarium à facta summa esset auferendum, nempè 4. Sed si dimiserimus duplum log. sinus totius, nempè 20,0000000. non nisi binarium erit aufe-


rendum, vt communiter præcipitur in calce Regularum. Si tamen, a b c, est ęquicrure, duplum Tom-mi 2. cuiusuis laterũ, cum Versilog-mo basis dabit Versilog-um anguli eidem oppositi, dempto binatio &c.

Ratio sextæ.

HÆc pendet ex posteriori Axiomatis parte, Analogia conversis terminis accepta, erit enim Rectangulum sub sinibus rectis duorum datorum angulorum ad quadratum sinus totius, vt dicta differentia ad sinum versum lateris dictis duobus adiacentis, vnde Compl. Arthmeticum log-mi dicti Rectãguli, hoc est Compl. Arithmetica maiora, siue Tom-mi secundi dictorum duorum angulorum, vt, b, c, cum log mo dictę differentię, dimisso duplo log-mi sinus totius, vt factum est in antecedenti, dabunt Versilog-um lateris eisdem duobus angulis adiacentis, dempto binario &c. vbi nisi dimissũ fuisset duplũ log mi sinus totius, idest log-us quadrati eiusdem, oporteret quatenarium, vice binarij auferre. Si autem, a b c, esset æquicrure, duo Tom mi 2. cuiusuis æqualium angulorum, cum Versilog. tertij darent Versilog. lateris adiacentis.

Exemplum primæ ex Geographia.

SIt Triang. Sphæricum, a b p, in quo sit, p, polus, b, c, duæ ciuitates notæ latitudinis & longit. quarum illam habemus ex obseruata poli altitudine, hanc verò præcipuè ex Ecclipsibus Lunæ, sit autem, b, Bononia, cuius latitudo supponatur G. 44. longitudo G. 3 1. 5. a, verò sit Alexandria Ægypti, cuius similiter latitudo sit G. 31. longitudo vero G. 60. 30 sunt ergo, p b, p a, complementa latitudinum, & , b p a, differentia longitudinum, erit igitur, p b, G. 46. p a, G. 59. & angulus, b p a, G. 27. 25. ex



his

his autem sit inuestiganda distantiam itinerariam inter dictas Ciuitates, nempè, b a, iuxta 7. Regulam, ergo conijcio in vnam summam log-os laterum, p b, p a, cum Versilog. ang. p, & fit summa log-us, 88404509. huius mutata Charac. in 3. ipsum quæro in Tabula Arith. & cum proximè minori colligo 6925. Sed quia Charac. est 8. & volo vti sini-

I

P B. Comp. altitudinis Poli Bononiensis G. 46. log.	98569341
P A Comp. altitudinis Poli Alexandrini 59. log.	99330656
B P A. Differentiæ longitudinum vtriusq; 27.25. Vers.	90504512
Dant simul additi, & à summa dempto vltimo loco ad sinistram Binario.	88404509
Cui summæ tamq. log. in Tab. Arith. respondet Num.	69255
Eũ addo sinui verso Differ. P B, P A, G. 13. qui est	25630
Et fit summa sinus versus B A. G 25.0 40	94885
Qui Gradus per 60 ducta præbent distantiam, A B. Milliariorum, inter Bonon. & Alex.	1510

bus quatuor ad dexteram figuris mutilatis, ideò numerus dicto conueniens log-mo debet constare quinque notis, ia est quatuor figuris post primam, per differentiam ergo ibi inuentam, & differentiam proximè minoris tabulati à nostro log mo sumo partem proportionalem competentem num. 10. quia deest vna nota (si autem duæ deessent sumerem competentem numero 100. si tres competentem numero 1000. & sic in cæteris) & inuenio quinto loco deberi, 5, vt numerus congruus sit 69255. quem addo sinui verso Differentiæ, p b, p a, G. 13. nempè 25630 (quem inuenio quærendo sinũ 2. G. 13. & eius summendo Compl. Arithmeticum, quod est arcus Graduum 13. pariter sinus versus) & fit 94885.

sinus versus basis quæsitæ, quoniam verò non habemus Tabulam sinuum versorum, ideò sumimus sinus versi Compl. Ar. siue residuum ad sinum totum, & cum eo tāquam cum sinu 2. quærimus arcum, qui demptus ex quadrante, dum sinus versus est infra, vel additus quadranti, cum est supra sinum totum, prabet ipsum arcum, vt, b a, G. 25. 9. 40 hunc multiplico per 60. (etenim vni Gradui communiter Geographi dant 60. Milliaria) & fit numerus 1510. & tot milliaria intersunt inter Bononiā, & Alexandriā Non erit autem difficilis Reg. si inuentionem sinuum versorum ex arcubus, & è contra parumper pertractaueris.

Exemplum secundæ.


IN eodem schemate, datis ijsdem, quæritur angulus, a, inuento igitur per Reg. 7. arcu, a b, G. 25. 9. 40. per Reg. 1. Cap. 4. iungo Tomol. 2. a b, log mis, a p b, &, p b, & fit log us. 2

Inuenti per Reg. 7. A B.	G. 25. 9. 40.	Tom. 2.	10.3714425
A P B. anguli noti	27. 25. 0.	log.	96631900
P B Compl. alt. Poli Bon.	46. 0. 0.	log.	98569341
Dant log. anguli A. quadrante minoris.	G. 51. 10. 26.		98915666

98915666. anguli, a, acuti per Reg. gen. 8. in obliquangulis. Quod si vellem angulum, b, quia ipse opponitur lateri, p a, omnium quadranti propiori, ideo nisi sciamus eius speciē, per Rēg. 5. sequentem quærendus erit, vt in eius Exemplo faciemus, præsenti verò Exemplo deseruit calculus 2.

Exem-

Exemplum tertiæ:



Dentur nunc in eodem Triangulo, p a b, duo anguli, a, G. 51.10.26. b, G. 111.49.32. & latus, a b. G. 25. 9.40. quæritur angulus, p, iungo igitur log os angulorum, a, b, cum Verſ. a b, & fit 3

Anguli, A.	G. 51.10.26.	log.	98915666
Anguli B,	68.10.28. capti Com ad ſemicirc.	lo.	99676981
Lateris A B,	25. 9.40.	Verſ.	89771936
Dant (dempta binario &c.)		log.	88364583
Cui reſpondet Numerus			
Illum addo ſinui verſo Diff. dictorum angulorum			68621
G 17.0.2. ½. & Comp. B, ad ſemicirc. qui eſt.			43699
Et fit ſumma ſinus verſus anguli. P. nempe G. 27.25.			112320

Verſ. differentiæ ſinus verſi anguli, p, à ſinu verſo differentiæ anguli, a, à Complemento ad ſemicirculum anguli, p b a, nempè 68621. quam iungo ſinui verſo. eiuſdem differentiæ, & fit 112320. ſinus verſus anguli, p, G. 27.25.

Exemplum quartæ.

Dentur nunc in eodē Triang. a p b, duo anguli, a, b, cū latere, a b, interiacente, quæritur alterutrum laterū, p a, p b, vt, p a, inuento ergo prius per ant angulo, p, G 27.25 per Reg. 4. Cap. 4. Tom. 2. anguli, p, cum log mo anguli, b, & lateris a b, dabunt log p a, G. 59. aduerte tamen quia, p a, opponitur

angule.

4

P. agnuli	G. 27.25.	Tom.2.	10,3368100
B. anguli	111.49.32.	log.	99676981
AB. lateris	25. 9.40.	log.	96285575
Dant log. PA.	59.		99330656

angulo.b, omnium quadranti propiori, illius speciem per hypo tesim præsciendam esse (ipsum autem supposuimus nos esse quadrante minus) alioquin per Reg. 6. venandum erit.

Exemplum quintæ.

D*Entur tria latera, a p. p b, b a, quæritur ex ijsdem angulus, b, omnium quadranti proximus iungo igitur Tom 2. b p, b a, cum log. mo differentiæ sinuum versorum, p a, &*

5

AB,	G. 25.9.40.	Tom.2.	10,3714425
BP.	46.0. 0.	Tom.2.	10,1430659
Differentię sinuum Versorum basis, PA, G. 59. & diff PB, BA. G. 20. 50. 20. nempè 19546½		log.	96227799
Dant Versilog. anguli B.	G, 111.49.14.		10,1372883

differentiæ, b p b a, quæ est 19540½. & fit Versilog. anguli, b, quadrante maioris, nempè G. 111.42.34. abundãtis duobus sec super eum, quem supra posuimus, quod ex spretis factionibus prouenire mirum non est; cæteri vero anguli non ignotæ speciei per 1. Cap. 4. haberi poterunt.

Exemplum sextæ.

D*Entur tres anguli, p. a. b, quæritur latus, a b, iungo igitur Tom. 2. angulorum, a, b, cum log. differentiæ sinuum ver sorum*

sorum anguli, p, & differentiæ auguli, a. ac residui ad semicirculum anguli, b, quæ differentia est 686 20 ½. & sit Versilog. lateris, a b, G. 25. 9. 40. vt supra inuentus est; cæteri verò anguli, dummodo non sint ignotæ speciei per Reg. 4. Cap. 4 haberi poterunt, p a, tamen, vt oppositum angulo omnium quadranti proximo, per hanc Reg. querendum erit. Omni-

6

Anguli A.	G. 51.10.26.		Tum. 2.	101084334
Anguli B.		111.49.32.	Tom. 2	100323019
Diffeteniiæ sin. Vers. P. & different. ipsius A, a c, B. Cõp. ad semicirculum, nempè 686 ½ 2.				88364538
Dant Vers. lateris. A B.	G. 25.9.40.			89771891

bus quidem præfatis operationibus maximè conduceret Tabula sinuum versorum, quam vel ex Magino, aut proprio marte sibi ex Tabula sinuum vnusquisq; comparare poterit, etenim subtrahendo sinum 2. cuiuscunq; arcus ex sinu toto, habetur sinus versus eiusdem arcus, verum nisi habeamus prædictam Tabulam; in his duobus postremis Exemplis, poterimus vice Differentiæ inueniendæ duorum sinuum versorum dictorum arcuum, quærere differentiam sinuum secundorum eorundē arcuum, etenim talis differentia eadē est differentiæ sinuum versorum illorummet arcuum.

Cap.

Cap. VII.

De nonnullis modis, quos Neperus in suo opere de log-mis, tradidit, ad soluendum nonnulla ex propositis Problematibus valde congruis.

QVoniam Neperus lib.2.Cap.6.tres attulit modos, ex datis tribus lateribus angulos inuestigandi, quorum tertij tantum, cęterorum verò nullã attulit, ob summam sui breuitatem, demonstrationem, ideò rem gratam studiosis sperans me facturum esse, in hoc Capite eosdem proprijs demonstrationibus confirmare decreui, vt qui illius doctissimi viri dicta perlegerint, nullis ambagibus detenti, quas ille tradidit Regulas tamquam certas, & infallibiles in ipsis calculis adhibere possint. Primus quidem modus talis est: *Cum ex Regiom. & alijs (inquit) ostendatur, Vt Rectangulum sub sinibus rectis crurum dati Trianguli Spharici se habet ad quadratum Sinus Totius, ita differentiam Sinuum versorum basis, & differentiæ laterum se habere ad Sinum versum anguli datis lateribus comprehensi; cum verò vt illa differentia ad illum Sinum verum, ita Rectangulum factum ex Sinibus rectis aggregati, & differentiæ semibasis, & semidifferentiæ crurum se habeat ad quadratum Sinus recti dimidij anguli verticalis, ideò vt rectangulum sub Sinibus rectis crurum se habet ad quadratùm Sinus Totius, ita Rectangulum factum ex Sinibus rectis aggregati & differentiæ semibasis, & semidifferentiæ crurum se habebit ad quadratum Sinus recti dimidij anguli verticalis*, quod ipse medio hoc lemmate demonstro.

Lemma A.

DAto Sinu verso quocumq; & differentia duorum Sinuum versorum, vt se habet datus Sinus versus ad illam differentiam, ita se habet quadratum Sinus recti dimidij arcus dati Sinus versi, ad rectangulum sub Sinibus rectis semigregati, & semidifferentiæ arcuum, quorum exhibetur Sinuum versorum differentia.

Detur

Detur semicirculus, d a o, in cuius diametro, d o, sumatur, d i, Sinus versus arcus, d a e, & insuper, g p, differentia Sinuum versum arcuum, d b, d c; sumpto autem arcu, b a, æquali ipsi, c d, sit, d c b a, aggregatum, d c, d b, &, c b, differentia, d c, d b; Dico, i d, a d, g p, esse vt quadratum Sinus recti dimidij, d b e, arcus, ad rectangulum sub Sinu recto dimidij, c b; Iungantur, d a, c b, d e, à punctis autem, c, b, a, e, cadant perpendiculares super diametrum, d o, ipsę, c p, b g, a h, e i, & à, c, ducatur, c f, parallela, d o, cadant autem, c p, in, p, b g, in, g, a h, in, h, &, e i, in, i; Quia ergo, vt est, i d, ad, p g, ita sūpta, d o, cōmuni altitudine, rectang., o d i, vel quadratū, d e, ad rectangulum sub, o d, p g, vel, o d, c f, insuper, cum arcus, c d, b a, sint ęquales parallelę sunt, c b, d a, vnde cum etiam parallelæ sint, b f, a h, Triangula, b c f, a d h, erunt similia; vnde, vt, a d, ad, d h, vel, vt, o d, ad, d a, ita erit, b c, ad, c f, ideò rectangulum sub prima, o d, & quarta, c f, vel, p g, æquabitur rectangulo sub, d a, c b, sed quadratū d e, ad rectang. sub, o d, p g, erat, vt, i d, ad p g, ergo vt quadratū d e, ad rectang. sub, d a, c b, ita erit, i d, ad, p g, & eorū subquadrupla, nempè quadratū dimidij, e d, sinus recti dimidij arcus, d b e, ad rectangulū sub dimidijs, d a, c b, idest sub Sinibus rectis dimidij arcuum, d c b a, c b, erit, vt, i d, ad, p g, vnde patet propositum.

Corollarium.


Hinc colligitur si, b d, subintelligatur esse alicuius Trianguli Sphęrici basis, &, c d, differentia laterum eiusdem, d a e, verò quantitas anguli lateribus comprehensi, cum ostensum sit, vt quadratum Sinus Totius ad rectangulum sub Sinibus rectis laterum, ita sinum versum anguli verticalis, d i, ad, p g, differentiam sinuum versorum basis, d b, & differentię laterum, d c, ideò ita etiam esse quadratum Si-

nus recti dimidij, d b e, anguli verticalis, ad rectangulum sub Sinibus rectis dimidij arcus, d c b a, nempè aggregati semibasis, d b, & semidifferentię laterum, b a, vel, d c, & dimidij arcos, c d, differentiæ eorundem arcuum, d c, d b, ex quo Neperi dictum firmum, & stabile manet, in eo, quod pertinet ad primum modum.

Secundum deinde subiungit Neperus ibidem, qui talis est, si ad lineas reducatur, nempè *Dato Triangulo Sphærico, vt se habet quadratum sinus totius ad rectangulum sub sinibus rectis laterum, ita se habere quadratum sinus secundi dimidij anguli verticalis, ad rectangulum sub sinibus rectis aggregati, & differentiæ semibasis, & semiaggregati crurum.* Quod non dissimili demonstratione ab ea, quæ in ant. Cap. adducta est paucis mutatis, per sequens lemma sic ostenditur.

Lemma B.

DAto Triangulo Sphærico, vt quadratum, Sinus Totius ad rectangulum sub sinibus rectis laterum, ita sinus versus residui ad semicirculum dati anguli verticalis, ad differentiam duorum sinuum versorum, quorum vnus est aggregati laterum reliquus autem ipsius basis; cum verò aggregatum laterum superat semicirculum, sinus versus aggregati laterum, est sinus versus residui ad integrum circulum.



Sit Triangalum Sphęricum, m i o, sit autem angulus, m o i, acutus, & latera, m o, o i, singillatim quadrante minora: Dico, vt quadratum Sinus totius ad rectangulum sub sinibus rectis, m o, o i, ita esse sinum versum residui ad semicirculum anguli, m o i, ad differentiam duorum sinuum versorum quorum vnus est aggregati laterum, m o, o i, reliquus verò ipsius basis, m i: Producantur enim latera, o m, vt fiat circulus, m o a, &, o i, vt fiat semicirculus, o i a, quorum communis sectio diameter, o a, centrum, r, per quod,

quod,& per,i,transeant duo plana axi,o a, erecta & ideò ad inuicem parallela,quorum,& dictorum circulorum communes sectiones sint,c e,d f,k r,in,deinde polo,m,subintelligatur descriptus circulus abscindens, b m,æqualem,m i,erit autem,o f, quoq; æqualis,o i,vnde,m o f,erit summa laterum,m o,o i,& basis,m b,cadant à punctis,b f, perpendiculares super productam diametrum à puncto,m,idest super,m r l,cui incidant in, x,g,ipsæ,b x,f g,b x,verò secet,d f,in, s, à quo ducatur, s h, parallela,m l,cui,f g,producta occurat in h,iuncta autem,i s,ipsã probabimus perpendicularem esse plano, a d o f, quia est in duobus planis eidem,a d o f,erectis,vt fecimus Cap.ant.in Ratione Axiomatis 4.tandem à puncto,k,ducatur,k p, perpendicularis ipsi,c e,& ab,m,ipsa, m u, perpendicularis,o a, quoniam ergo Triangula,k p r,i s n,sunt similia,ex ibidem ostensis, ideò,p r,ad,s n,erit,vt,k r,ad,i n,vnde simul sumptę, idest,p e, ad,s f,erit,vt,k r,Sinus totus,ad i n,Sinum lateris,o i,est autẽ, f s,ad, s h, vt, r m, Sinus totus ad, m u, quia Triangula, f s h, r m a u sunt similia,ob latera parallela,ergo duæ rationes Sinus Totius ad,i n,Sinum lateris,i o, & ad, m u, Sinum lateris, m o, (idest ratio quadrati Sinus Totius ad rectangulum sub Sinibus rectis i o, o m.) adęquatur duabus rationibus,p e,ad,s f, &, s f, ad, s h,vel,x g idest rationi,p e,ad,x g,ergo, vt quadratum Sinus Totius ad rectangulum sub Sinibus rectis laterum,o m, o i,ita p e,Sinus versus residui ad semicirculum arcus,c k idest anguli m o i,ad,x g,differentiam Sinuum versorum,g m,arcus, f m,summę laterum,&,x m,arcus,siue basis,m b; si verò latera pręcisè æquarentur semicirculo,punctum,f,esse punctum, l, & x g,esset x l,Sinus versus summæ laterum , quod si excederet semicirculum ex.g. quantitate, f l, tunc Sinus versus summæ laterum esset Sinus versus residui ad integrum circulum;eadẽ demonstratio paucis mutatis adaptabitur, qualiscumq; sit angulus,m o i,& qualiacumq; sint latera,m o,o i,quod ob breuitarem tibi probandum relinquo.

Aliter.

ISdem constructis, cadat à puncto, d, super, m l, perpendicularis, d y, cui occurat, h f, producta, vt in, t, igitur, c e, ad, y g, habet rationẽ compositam ex ratione, c e, ad, d f, hoc est Sinus Totius, c r, ad, d n, Sinum, d o, vel, o i, & ex ratione, d f, ad, y g, siue, t h, cum verò, f f, ad, f h, sit, vt, r m, ad, m u, & sic etiam, d s, ad, s t, ideò d f, ad, t h, vel, y g, erit, vt Sinus totus, m r, ad, m u, Sinum lateris, m o, ergo, c e, ad, y g, est, vt quadratum sinus totius ad rectangulum sub sinibus rectis, m o, o i, sed in hac eadem ratione est, c p, ad, y x, vt ostensum est in Ratione Axiomatis 4. cap. ant. ergo reliqua, p e, ad reliquam x g, erit, vt tota, c e, ad totam c f, nempè, vt quadratum Sinus Totius ad Rectangulum, sub sinibus rectis laterum, m o, o i; ex hoc autem insimul intelligimus, si dati Trianguli latera ambirent angulum obtusum, eadẽ pariter verificari; ponatur enim, i o l, esse Triangulum, cuius latera, l o, o i, quæcumq; sint ambiant obtusum, l o i, tunc vice huius demonstrationem perficiam circa Triangulum, i m o; illius residuum, adiacens lateri, o i, cum enim probauero, vt quadratum Sinus Totius ad rectangulum sub sinibus rectis, m o, o i, vel, o l, o i, ita esse, c p, Sinum versum anguli residui ad semicirculum, ad, y x, differentiam sinuum versorum, x l, basis, l i, vel, l b, & y l, Sinus versi arcus, l a d, residui summæ laterum ad integrum circulum, probatum erit quod in hoc lemmate proponitur; & quia, vt quadratum Sinus Totius ad rectangulum sub sinibus rectis, m o, o i, siue, l o, o i, ita etiam est, c e, ad, y g, differentiam sinuum versorum, l a d, arcus dicti, & l g, differentię laterum, l o, o i, ideò reliqua, p e, ad reliquam, x g, hoc est Sinus versus anguli, i o l, licet obtusi, ad differentiam, x g, Sinuum versorum arcuum, l b, vel, l i, basis, & differentię laterum, l f, erit vt quadratum Sinus Totius ad rectangulum sub Sinibus rectis laterum, l o, o i, iuxta Axioma 4. istę ergo proprietates cuilibet Triangulo cõueniũt: & sunt vniuersalissimæ.

Corollarium 1.

QVoniam ostensum est, vt quadratum Sinus Totius ad rectãgulum sub sinibus rectis, m o, o i, ita esse, c e, ad, y g, ideò

patet,

patet, quod ita sit diameter ad differentiam sinuum versorum aggregati, & differentiæ laterum, vt quadratum Sinus Totius ad rectangulum sub sinibus rectis laterum, vel vt sinus versus anguli verticalis ad differentiam sinuum versorum basis, & differentiæ laterum, vel vt Sinus versus residui ad semicirculũ anguli verticalis ad differentiam sinuum versorum basis, & aggregati laterum, ita ut omnes istę rationes in omni Triangulo semper adæquari contingat.

Corollarium 2.

EX lemmate deinde ant. A. si in eius figura supposuerimus, i o, Sinum versum residui ad semicirculum anguli verticalis oblati trianguli, e t, p g, differentiam sinuum versorum, b d, d c, arcuum, b d, aggregati laterum, &, d c, basis quoniam, vt, i o, ad, p g, ita ostensum est esse quadratum sinus recti dimidij, e o, hoc est dimidij sinus 2. d a e, anguli verticalis, ad rectangulum sub dimidijs, d a, c b, hoc est sub sinibus rectis aggregati, & differẽtiæ semibasis, & semiaggregati laterũ, (supponitur enim d c b a, aggregatum laterum, &, d c, basis) ideò, vt i o, ad, p g, idest, vt quadratũ sinus totius ad rectang. sub sinibus rectis laterũ, si erit quadratum sinus 2. dimidij anguli verticalis ad rectangulum sub sinibus rectis aggregati. & differentię semibasis, & semisũmę laterum iuxta Neperi modum secundum. Tertium ver. Cap. 5. lemmate 7. satis dilucidauimus.

Alios etiam modos tradidit Neperus, qui in fine ipsius operis viderĩ possunt, quos hic iuxta illius ordinem disponemus, primo igitur inquit.

1 *DAtis duobus lateribus, & angulo intercepto, tertium latus inuenire; cuius Regula est. Semisinum versum differentiæ crurum aufer ex semisinu verso aggregati crurum, reliquum multiplica per semisinum versum anguli verticalis intercepti & producto diuiso per sinum totum, adde semisinum versum differẽtiæ crurum, & prodibit semisinus versus basis optatæ quo pacto inquit ex basi, & angulis angulum verticalem nos habere posse.*

Contra

2 *Contra ex tribus lateribus inuenire angulum quemuis, cuius Regula est:*

Ex semisinu verso basis aufer semisinum versum differentiæ crurũ in sinum totum ductum, reliquum diuide per semisinum versum aggregati crurum, minutum semisinu verso differentiæ crurum, & prodibit semisinus versus anguli verticalis quæsiti. Eadem ratione (inquit) ex tribus angulis inuestigantur latera.

Ratio dictarum Regularum.

PEndet ambę ex vnico fundamento, nempe, quod. vt Sinus Totus ad semidifferentiam sinuum versorum aggregati, & differentię laterum, ita sit semisinus versus anguli verticalis ad semidifferentiam semisinuum versorum basis, & differentię laterum; quod sic probatur; superius enim Cap 6. patet, quod vt quadratum sinus totius ex g. A. ad rectangulũ sub Sinibus rectis laterum. B C, ita est Sinus versus anguli verticalis ad differentiam sinuũ versorum basis. & differentię laterum, fiat nunc, vt, A ad B. ita C. ad D. quoniam A. ad D. habet rationem compositam ex ratione A. ad C. & C. ad D. idest A. ad B. duæ autem rationes A. B. & A ad C. componunt rationem quadrati Sinus Totius, A. ae rectangulum sub sinibus rectis B C. ideò vt quadratum Sinus Totius A. sed rectangulum sub sinibus rectis laterũ B. C. sic erit A. ad D. & sic etiam erit Sinus versus anguli verticalis ad differentiam sinuum versorum basis, & differentiæ laterum, verum, existente A. Sinu Toto, B. C. Sinibus, habetur D. per Prostaphæresim, dempto Sinu 2. differentię laterum ex Sinu 2. aggregati, cum aggregatũ minus est quadrate, vel resultat ex additione dictorum Sinuum 2. cum aggregatum excedit quadrantem, vel est Sinus 2. differentiæ laterum, cum aggregatum ęquatur quadranti, vt probat Maginus in P. Mob. lib. 1. The. 33. & haberi potest ex Cor. 1 lemmatis B. huius, differentia autem, siue aggregatum supradictum æquatur differentię Sinuum versorum ipsius aggregati, & differentiæ laterum, vt patet in figura Cap. 7. lemmatis. A. p g. enim differentia sinuum 2. b d, d c, ęquatur differentię p g, sinuum versorum, g d, d p. eorundẽ arcuum,

A. B. C. D.	

arcuum, & ita, p i, aggregatum ex Sinibus secundis, p h, h i, arcuum, c d, d a e, est quoq; differentia sinuum versorum, i d, d p, arcuum, d c, d a e, & ideò iubet in prima Regula Neperus (cum sciat, d, quartum proportionale, esse dimidium differentiæ sinuum versorum aggregati, & differentiæ laterum, vt Prostaphæresis edocet) non integrum sinum versum, sed semisinũ versum differentiæ laterum demendum esse ex semisinu verso aggregati eorundem, vt restet semidifferentia sinuum versorũ quæsita, nempè. D. est enim hæc semidifferentia quartum proportionale respectu Sinus Totius, & Sinuum ipsorum laterum Prostaphęreticè inuenta, cum autem probauerimus, vt A. Sinus Totus ad D. Inuentum, ita esse sinum versum anguli verticalis ad differentiam sinuum versorum basis, & differentiæ laterum, vel, ijsdem dimidiatis, ita semisinum versum anguli verticalis, ad semi differentiam semisinuum versorum basis, & differentię laterum, propterea iubet insuper dictum inuentum esse multiplicandum per semisinum versum anguli verticalis, & productum esse diuidendum per Sinum Totum, & quotienti addendum esse semisinum versum differentiæ laterum, fiet. n. semisinus versus quæsitæ basis; hinc autem patet ratio Reg. 2. necnon conuersarum operationum.

3 *Datis duobus arcubus tertium dare, cuius Sinus æquetur differentiæ sinuum priorum* eius ergo Regula ad lineas reducta ex eius operatione talis elici potest.

Datorum arcuum, quorum differentiæ æqualem sinum rectum quæris, accipe Complementa, deinde due sinum semiaggregati in sinum semidifferentiæ, & productum diuide per dimidium Sinus Totius, & quotiens erit quæsitus Sinus: log cè autem, Binarij log um ad de log-mis semiaggregatis, & semidifferentiæ dictorum arcuũ complementorum, & (dempta solita vnitate) fiet log-us arcus, cuius Sinus æquabitur differentiæ dictorum sinuum.

Ratio Regulæ.

Aspice Schema Cap. 7. lemmatis A. in quo sint duo arcus ex. g. c a, a b, & sit, a, terminans quadrante, d b a quorum sinuum differentia, c f, vel, p g, sint autem, d c, d b, eorum complementa,

menta quorum differentia, c b, & aggregatum, d a, (aduerte autem quod non est necesse, d a, chordam aggregati pertingere ad extremum semidiametri, h a, sed per accidens hoc contingit in figura) cum ergo ostensum sit ibi, rectangulum sub, o d, p g, æquari rectangulo sub, d a, c b, etiam eorum subquadrupla, nēpè rectangulum sub p g, & dimidio Sinus Totius, æquabitur rectangulo sub sinibus semiaggregati, dimidij nempè arcus, d c b a, & semidifferentię, c b, vnde erit, vt dimidium Sinus Totius ad Sinum dimidij, d c b a, ita Sinus dimidij, c b, ad, p g, quapropter Co. Ar. log. dimidij Sin. Tot hoc est log. Binarij, cum log-mis semiaggregati, & semidifferentię dictorum arcuum, qui sunt complementa propositorum, componet log-um arcus, cuius sinus erit, p g, æqualis differentiæ sinuum arcuum propositorum, c a, a b.

4 *Dato arcu, dare log-um eius Sinus Versi.* Hoc habetur ex nostra Tabula Trig ca. Graduum verò supra 90 pag 63.

5 *Datis duobus arcubus tertium dare, cuius Sinus æquetur aggregato Sinuum priorum.* Dentur duo arcus, a d, d c, oportet arcum inuenire, cuius sinus æquętur aggregato Sinuum, a d, d c, sumatur arcus, a b, ęqualis, c d, & iungantur, d b, c a, quæ parallelæ erunt, similiter à puncto, a, ducatur diameter, a e, & eidem parallela a puncto, b, pariter sit ducta, b o, & tandem à punctis, d, c, cadant super, a e, perpendiculares, c k, d i, quæ producatur vsq; ad, b o, in, n, & a puncto, b, cadat, b s, perpendicularis super, a e, erit ergo Triangulum, a c k, æquiangulum, & simile Triangulo, bdn, vnde, vt, a c, ad, b d, vel dimidia, a c, ad dimidiam, b d, idest, vt sinus semidifferentiæ, nempe dimidij, c a, ad sinum semiaggregati, nempè dimidij, d c a b, ita erit, c k, sinus arcus, c a, differētiæ ad, d n, aggregatū ex d i, sinu arcus maioris, d a, &, i n, vel, s b, sinu arcus minoris datorum, si ergo ducatur sinus differentię datorum arcuum in sinum semiaggregati, & factum diuidatur per sinum semidifferentiæ, fiet quotiens, d n, aggre-

aggregatum ſinuum, & log. cè, ſi Com. Ar. log-mi ſemidifferẽtiæ iungatur cum log-mo differentiæ, & log mo ſemiaggregati, fiet (dempta ſolita vnitate) log-us arcus, cuius ſinus æquabitur aggregato Sinuum datorum arcuum, iuxta operationem ipſius Neperi, & Reg. quę ex ipſa operatione deduci poteſt.

6 *Dato arcu, & log. mo ſui ſinus recti, arcum dare, cuius ſinus verſus ſit priori ſinui recto æqualis.* Hoc per columnã Verſilog-orũ expediemus, fundatur autẽ Neperi Regula ſuper propoſit. ex qua pendet Verſilog orum inuentio, quam oſtendit Trac. de Conſtruc. Canonis pag. 30. ſufficiet ergo log-um dati arcus quęrere inter Verſilog-os, & obtinebitur quęſitus arcus.

7 *Trianguli Sphærici A B D. datis cruribus, & angulo verticali, baſim dare.*

Videtur hoc expeditius abſolui per Reg. quam ſubiungit Henricus Briggius pag. 59 quę non eſt alia ab ea, quam nos tradidimus Cap. 6. eſt enim eiuſdem prima Regula, quæ ad Problematis conuerſum pariter adaptatur, propterea circa hanc Neperi longiorem explicandam non immoror.

8 Hęc eſt alia Regula Proſtaphæretica inueniendæ baſis.

Semidifferentiam ſinuum verſorum aggregati, & differentiæ crurũ nota: Nota etiam ſemiſinum verſum anguli verticalis. Notatos hos inter ſinus rectos quære, & ſemidifferentiam ſinuum verſorum aggregati, & differentiæ ſuorum arcuum in Tabula occurentium pro Inuento ſecundo ſignabis, & pro Inuento primo capiatur ſemiſinus verſus differentiæ crurum: Hæc Inuenta adde, & proueniet ſemiſinus verſus baſis quæſitæ.

Ratio Regulæ.

RECordare rationis Regulæ primę, ibi enim probatum eſt, quod, vt Sinus totus ad ſemidifferentiam Sinuum verſorũ laterum, ita ſemiſinus verſus anguli verticalis eſt ad ſemidifferentiam ſemiſinuum verſorum baſis, & differentię laterum, ſi ergo ſemidifferentiam ſinuum verſorum laterum, & ſemiſinum verſum anguli verticalis habeamus tamquam ſinus rectos, & eorum vt ſinuum rectorũ arcus in Tabula quęramus, per Reg. Proſtaphęreticam ex Magino ſupracitatam vt habeamus quar-

tum proportionale respectu Sinus Totius,& dictorum sinuum rectorum,opus erit,inuentis dictis arcubus, sumere semidifferentiam sinuum versorum aggregati, & differentiæ eorundem arcuum inuentorum,hęc .n.erit quartum proportionale, quod quęritur,erit inquam semidifferentia sinuum versorum basis, & differentiæ laterum,& propterea si hanc iunxerimus cum semisinu verso differentię laterum, fiet semisinus versus basis quæsitę,vt Regula docet,ex quo rationem venandi anguli verticalis ex base,& angulis ad basim pariter intelligere poteris; hoc animaduerso, quod vbi inquit, multiplicandum esse per quadratum Sinus Totius,mihi videtur,quod sit multiplicandū per Sinum Totum, est enim semidifferentia sinuum versorum basis,& differentię laterum ad semisinum versum anguli verticalis,vt semidifferentia sinuum versorum aggregati,& differētię laterum ad Sinum Totum,non ad quadratum Sinns Totius, vt dictum est.

9 *Angulorum apud basim,vt sinus semidifferentiæ, ad sinum semiaggregati,ita sinus differentiæ,ad quartum,quod est aggregatum sinuum: Et vt sinus aggregati ad hoc aggregatum Sinuum, ita Tangens semibasis ad Tangentem semiaggregat. crurum: Inde vt sinus semiaggregati angulorum ad sinum semidifferentiæ ita Tang semib. ad Tang. semid. crurum: Horum inuētorum Tangentiū arcus, è Tabula Tangentiū extractos adde, & prodibit crus maius: sic minorē à maiore subtrahe, & prodibit crus minus.*

Hęc est Neperi propositio ad inueniendum ex datis angulis ad basim, & ipsa basi, vtrumq; latus, quod ipse triplici absoluit operatione, quarum prima ex harum quinta deducitur; verū Henricus Briggius in Annotat. in pręfatas prop pag. 61. primam, & secundam operationem in vnam tantum connectit, dicens, quod; Vt Sinus Comp. semisummę angulorum ad basim, ad Sinum Comp. semidifferentiæ eorundem angulorum, ita Tangens semibasis est ad Tangentem semisummę crurum, vnde necesse est, vt sinus aggregati angulorum ad basim, ad aggregatū sinuum, ita esse sinum Comp. semisummæ eorundem angulorū, ad sinum Comp. semidifferentiæ eorundem angulorum, quod ego sic probo.

Sint in Schemate Reg. 5. Neperianę dati duo arcus, d e, c h, summatur autem, d c, æqualis, h e, & cætera construantur, vt in figura, erit ergo, c d h e, summa datorum arcuum, &, d h, differētia, c a, Comp. summæ ad semicirculum, d b, Comp. differentiæ ad semicirculum, est .n. b d h, semicirculus est autē, vt, c a, ad, d b, siue, vt dimidiū ad dimidiū .i vt sinus rect. dimidij, c a, Co. ad quadrante dimidij, c d h e, idest semisummæ, ad sinum rectū dimidij, d b, Comp. ad quadrantem semidifferentię, d h, ita, c k, sinus c d e, aggregati, ad, d n, aggregatum, ex, d i, sinu maioris datorum, nempè, d e, & ex, i n, sinu minoris, e o, vel, e h, rectè ergo Briggius prędictam operationem duabus primis eiusdem Neperi substituit, quam ideò & nos tamquam compendiosiorem recipientes, in Reg log cam, cū prædictis, quę per log cos commodè expediri possunt, vt ipse pariter fecit, mox transformabimus. Opus quidem esset residuum ipsius propositionis ostendere, sed cum subtiliorē videatur poposcere speculationē, articulari morbo nimis agitatus, vrgente Typographo, cogor in aliud tempus huius differre inquisitionem.

Corollarium.

Hinc autem patere potest, quod si dentur duo latera cum angulo intercepto, similiter duo anguli ad basim haberi poterunt, si enim inueniamus Triangulum huic nostro lateribus, & angulis reciprocum, (iuxta methodum, qua ostendimus posteriorem partem Axiomatis quarti Sphęricorum Cap. 6.) in eo patebit, vt sinus Comp semisummę ang-rum, ad S. Com. semidiffer. eorundē, ita esse Tang. semibasis ad Tang. semidiff. ang-rū ad basim, vñ mutata basi in ang. qui est nostri Cōp. ad semicirculum, & angulis in latera, manifestum erit, quod vt sinus Comp. semisummę laterū ad sinū Comp. semidiff. eorundē ita erit Tangens Cōp. semiang. verticalis ad Tang. semisummæ angulorum ad basim, & eodem modo patebit, quod vt Sinus semisummæ laterum, ad sinum semidiff. laterum ita sit Tangens Comp. semianguli verticalis ad Tang. semidifferentię angulorum ad basim.

Regulæ log-cæ ex potioribus huius Capitis Propositionibus deductæ.

Si quæramus.	*Reg. log-ca talis erit.*
1 Ex tribus datis lateribus, Angulum basi oppositum.	Tom-mi 2. laterum, cũ log-mis semiaggregati, & semidifferentię basis, & differentię laterum, dabunt duplũ log-mi dimidij anguli verticalis quęsiti (dempto binario &c.)
2	Vel Tom-mi. 2. laterum, cum log-mis semiaggregati, & semidifferentię basis, & aggregati laterum, dabunt duplũ log. 2. dimidij anguli verticalis (dempto binario &c.)
3 Ex tribus datis angulis ipsam basim.	Tom-mi 2. ãgulorum ad basim, cum log mis semiaggregati, & semidifferẽtię ang. verticalis, & differentię angulorum ad basim, vnius quidem sic accepti, alterius autem Com. ad semicirculum, dabunt duplum log-mi dimidiæ basis (dempto binario &c.)
4	Vel Tom-mi 2. angulorum ad basim, cum log-mis semiaggregati, & semidiff anguli verticalis, & summę angulorum ad basim, vnius quidem sic accepti, alterius autem Comp. ad semicirculum, dabunt duplum log-mi 2. dimidię basis.

5 Ex

5 Ex datis duobus angulis, & latere interiacente siue basi vtraq; latera angulis opposita.	Tom. semisummę angulorum, cum log-mo 2. semidifferentię eorundem, & Mes. semibasis, dabit Mes. semisumę laterum (dēpto binario) Deinde Tom. 2. semisummę angulorum, cum log-mo semidif. eorundem, & Mes semibasis, dabit Mes. semidifferentię crurum (dempto binario &c) quam adde eorum semisumę, fiet crus maius, deme, ex eadem, fiet crus minus.
6 Ex datis duobus lateribus, & angulo comprehenso, vtrumq; angulorū ad basim.	Tom-us semisummę laterum, cum log. 2. semidiff. eorundem, & Mes. 2. semianguli verticalis, dabit Mes. semisummę angulorum ad basim (dempto binario &c.) Deinde Tom. 2. semisummæ laterum, cum log-mo semidifferentię eorundem, & Mes. 2. semianguli verticalis dabit Mes. semidiff. angulorum ad basim, (dēpto binario &c.) quam semidiff adde semisummę, fiet angulus maior, deme ex eadem, fiet angulus minor.

In omnibus autem, vt vides, à facta summa binarium vlt loco ad sinistram auferendum est

Ratio primæ.

QVoniam ex Cor. lemmatis A. vt Rectangulum sub sinibus rectis laterum est ad quadratum Sinus Totius, ita rectang. sub sinib. rectis semiaggregati, & semidiff. basis, & diff. laterū

est ad quadratum Sinus recti dimidij anguli verticalis; Ideò Comp. Arith. maiora, idest Tom mi 2. laterum, cum duplo log. mi Sinus Totius, & cum log. mis semiaggregati, & semidifferentiæ basis, & differentiæ laterum, dabunt duplum log. mi dimidij anguli verticalis, dempto vltimo loco ad sinistram à facta summa quaternario perpter duo Cōp. Arithmetica maiora quod si prætermittamus duplum log. mi Sinus Totius, non nisi binarium à facta summa auferendum erit; prima ergo Reg. recte se habet.

Ratio secundæ.

RVrsus, quia, vt rectangulum sub sinibus rectis laterū est, ad quadratum Sinus Totius, ita rectangulum sub sinibus rectis semiaggregati, & semidifferentiæ basis, & summę laterum, est ad quadratum Sinus Comp. dimidij anguli verticalis, ideò Tom. mi 2. laterum, cum log. mis semiaggregati, & semidifferentiæ basis, & aggregati laterum, dabunt duplum log. 2. dimidij anguli verticalis, dempto binario, quia prętermittimus duplum log mi Sinus Totius, vt in antecedenti.

Ratio tertiæ.

PEndet ex commutatione Triangali dati, in eidem lateribus, & angulis reciprocum, ita vt alterius angulorum ad basim summatur Comp. ad semicirculum, æquè enim ac in Reciproco verificatur propositio circa latera, & angulum verticalem, sic in proposito Triangulo circa angulos, & basim veritatem quoq; sortiri necesse est.

Ratio quartæ.

EOdem modo huius ratio intelligitur, nempè per substitutionem Trianguli reciproci.

Ratio quintæ.

QVia, vt Sinus 2. semiaggregati ad Sinum 2. semidiff. angulorum ad basim, ita Tangens semibasis, est ad Tang. semisummę laterum, ideò Co. Ar. maius primi termini, hoc est Tom.

sem iag.


semiaggregati angulorum, cum log-mo 2. semidiff. eorundem, & cum Mes. semibasis, dabit Mes. semisummæ laterum (dempto binario &c.) Non dissimiliter autem rationem posterioris partis ipsius Regulę intelligemus.

Ratio sexta.

HÆc pariter per substitutionem Trianguli reciproci veritatem habere percipietur. Prædictæ autem Regulæ nulla Specierum obseruatione indigent, vt nec Regulæ Cap. ant. excepta p. & 4. Reg. Cap 4. in eo pariter adhibitis, ex ipso enim calculo quæsita specie notificantur.

Exemplum primæ Regulæ.

ASsumatur Triangulum, PAB. Cap. 6. & ex lateribus sit inueniendus angulus, p, basi, a b, appositus, operor ergo per primam Reg vt in 1. Calculo, & ipsum inuenio G. 27. 25.



1

PA. G. 59. 0. 0. Tom. 2.	100669344
PB. 46, 0. 0. Tom. 2.	101430659
Semiagg. 19. 4. 50. log.	95144112
Semidiff. 6. 4. 50. log.	90250051
Summa, dempto binario, cuius	187494166
Dimidium dat G. 13. 42. 30.	93747083
Vnde, APB. est. G. 27. 25. 0.	

Exem-

Exemplum secundæ.

IIsdem suppositis, sit inueniendus idem angulus, per Reg. 2. operor ergo, vt in 2. calculo, & ipsum pariter inuenio G. 27. 25.

2

PA. G.59. 0. 0. Tom.2.	100669344
PB. 46. 0. 0. Tom.2.	101430959
Semiag. 65. 4.50. log.	99575599
Semid. 39.55.10. log.	98073388
Summa, dempto binario, cuius	199748990
Dimidium dat G.76.17.30.	99874495
Residuum ad G.90. duplicatum dat angulum P.G 27.25.	

Exemplum tertiæ.

DAtis tribus angulis, p, a, b, sit inueniendum latus, siue basis, a b, operor per. Reg. 3. & reperio ipsam esse G. 25.9. 40. vt in 3. Calculo.

3

PAB. G.51.10.26 Tom.2	101084334
PBA. 111.49.32. Tom.2.	100323021
Semiag. 22.12.31. log.	95774687
Semid. 5.12.29 log.	89579542
Summa, dempto binario, cuius	186761584
Dimidium dat G. 12 34 50.	93380792
Vnde eius duplũ AB G.25.9.40	

Exem-

Exemplum quartæ:

S*It idem inueniendum per Reg. 4. igitur per eam operando, prodit similiter. A B, G. 25.9.40. vt in 4 Calculo.*

4

PAB. G. 51.10.26. Tom.2	101084334
PBA. 111.49.32. Tom.2	100323021
Semiag. 73.22.57. log.	99814721
Semidiff. 45.57.57. log.	98566839
Summa, dempto binario,	199788915
Cuius Dimidium dat G 77.25.10	99894458
Residuum cuius ad G. 90. duplic.	
Dat A B. G.25.9.40.	

Exemplum quintæ:

E*X datis nunc duobus angulis, A B, & eodem interiacente latere, siue basi, a b, sint inuestiganda vtraque latera, p a, p b, ergo per Reg. 5. operando inuenio dictorum laterū semisūmā esse G. 52. 30. &*

5

Semisum. A B. G. 81.29 59. To.	108302837
Semidiff. A.B. 30.19.33.lo.2.	99360953
Semibasis AB. 12.34.50. Me.	93486360
Dant Mes. semis. crur. G. 52.30. 0	101150150
Semisum. A B. G. 81.29,59. To. 2.	100047970
Semidiff: A b. 30.19.33 lo.	97032198
Semibasis A B. 12.34.50 Me.	93486360
Dant M semid. crur. G 6.30.0.	90566528
Vnde crus ma. G. 59. minus. G. 46	

semidiff.G.6.30. vnde addita semidiff. semisummæ; fit maius latus, p a, G.59. & dempta semidiff. ex semisumma, fit minus latus, p b, G.46. vt patet in 5. Calculo.

Exemplum sextæ.

E *Conuerso ex datis lateribus, p a, p b, & angulo, p sit vterq; angulus ad basim, a b, inuestigandus, operando igitur per Reg. 6. inuenio semisummã angulorum, a b, G.81.29.59. & semidiff. G.30.19.34. vnde hac illi addita, & ab ea dempta, fit angul. maior, b, G.111.49.33 & angulus minor, a, 51.10.25. variat autem calculus vno secundo, quod ob fractiones contingere mirandum non est, per has ergo Regulas Neperianas habiti calculi, cum ijs qui sunt in 6. Capite ad vnguem concordant.*

6

Semisum AP.PB.G.52.30. o.T.	102155529
Semidiff.eorundẽ 6.30. o.l.2	99971993
Simiãg verticalis 13.42,30.M.2	106127387
Dãt M.semis.ãg.AB. G.81.29.59	108254909
Semis AP.PB. G.52.30.o.To.2.	101005333
Semidiff.eorundẽ 6.30. o.log.	90538588
Semiãg.verticalis 13 42.30.M.2.	106127387
Dãt M semid.ãg.AB.G.30.19 34	97671308
Vnde ang maior. 111 49.33	
Angulus minor fit 51.10.25	

Cap.

Caput VIII.

De Sphæricorum Triangulorum Axiomate quinto, ac Regulis ab eodem emanantibus.


CVm circa Sphęricorum Triangulorum dimensionem tam quoad latera, quam etiam quoad angulos explicandam omnes, quotquot hucusq; perlegi, Auctores viderim sollicitos fuisse, nihil de ipsius Trianguli superficie dimetienda pænitus cogitantes, non iniucundum Trigonometrię studiosis fore putaui, si, (quod à nemine hucusq; quē sciam, traditum fuit) vltra angulorum, & laterum, etiam superficiei Sphæricæ Triangulatæ dimensionem, euidenti, atq; certa ratione confirmatam, in hoc postremo Capite eidem patefecerim, licet enim non tam crebrò ipsam superficiem, ac latera, & angulos detegendi necessitas nobis occurrere possit, tamen & per se scitu digna res esse videtur, & non inutilis forte vsus, siue in Globo Cælesti, siue in Terrestri siue in Globis Planetarum adhibeat, quinimmò, vel ad datę portionis Magneticas viresexpendēdas, vel ad Terrę siue aquæ superficiem ipsi circumfusam rectè dimetiendam, vel (si Trium datorum locorum in Terrę superficie constitutorū, Triangulūq, Sphæricū efformantiū exactissimè darentur anguli) ad habendā rationem interiectę superficiei ad vniuersa orbis Terræ faciē, eaq; rectè dimensa ad totius Globi Terreni ambitū noua, nec adhuc fortè audita rōne (licet nō sit ex facilioribus) detegendum, & ad alia q̄ plurima cōparanda, quæ melius, quam speculatione comprehendamus, occasionibus edocemur, non ineptè deseruire posse iure existimabimus: Pulcherrimum igitur hoc inuētum alijs quoq; communicandū esse censui, illudq; hoc postremo Capite non incongruè fuit reseruatum, quo sublatis dapibus, quibus in mensa communiter vesci consuescimus, his exempta fames nouo hoc cibo restituta, famelici potius, quam saturi ab Astronomica mensa decedamus; pendet autem dicta dimensio ex quinto Axiomate Sphęricorum Triangulorum, quod quidem tale est.

Axioma 5.

SVperficies Sphæræ ad superficiē cuiuscumq, Trianguli Sphęrici in eadem descripti, eandem habet rationem, quam quatuor recti ad dimidium excessus summę angulorum eiusdem Trianguli supra duos rectos.

Ratio Axiomatis.

SIt data Sphæra, & in ea signatum quodcumq; Triangulum Sphęricum, a i d; Dico superficiem Sphęrę ad superficiem Trianguli a i d, ita se habere, vt quatuor recti ad dimidium excessus summę angulorum, a, i, d, supra duos rectos: Producantur tres arcus a d, a i, d i, vt circuli, a d c b, a i c u, d i b u, cōpleātur, ex quorum intersectione fiat Triangulum Sphæricum, u b c, quod erit ęquale Triangulo, a i d, est enim illi æquilaterū, cum namq; sit semicirculus, d a b, vt etiam, a b c, erunt ambo ęquales, & dempto communi, a b, remanebit arcus, d a, æqualis arcui, b c, & eodē modo probabitur, a i, ipsi, u c, &, d i, ipsi, u b, ęqualem esse; Triāgulum verò, a i d, idcirco ęquale esse Triangulo, b u c, facile probabitur, vt in planis per superpositionem &c. Vlterius, superficiē Sphęrę ad portionem superficiei Sphęricæ clausam duobus semicirculis, d a b, d i b, esse vt quatuor recti ad angulum, a d i, facilè etiam probabitur ad modum vltimę Sexti Elem. vnde similiter eandem ad portionem duobus semicirculis, a d c, a i c, clausam patebit esse



summę

vt quatuor recti ad angulum, d a i, & pariter ad portionem duobus semicirculis, i b u, i c u, clausam constabit eandem superficiem Sphęricam esse, vt quatuor recti ad angulum, a i d, & si pro Triangulo b u c, ipsi ęquale, a i d, acceperimus, & similiter eandem superficiem Sphęricam ad summam Triangulorum, b i c, a i d, patebit esse, vt quatuor recti ad angulum, a i d, ergo, conseqentibus omnibus in vnam summam collectis, superficies Sphęrę ad duas portiones clausas, vnam quidem semicirculis, d a b, d i b, alteram verò semicirculis, a d c, a i c, vnà cum Triangulis, b i c, a i d, (quę abundant supra dimidium Sphęricæ superficiei, duobus Triangulis, a i d,) idest ad dimidium superficiei Sphæricæ, cum duobus Triangulis, a i d, erit, vt quatuor recti ad summā ang rū, d a i, a d i, a i d, vt verò superficies Sphærę ad eius dimidium, ita quatuor recti ad duos rectos, ergo, vt superficies Sphęrę ad duo Triangula, a i d, ita quatuor recti ad excessum summę angulorum, d a i, a i d, i d a, supra duos rectos, vnde eadem Sphęrica superficies ad Triangulum, a i d, erit, vt quatuor recti ad dimidium excessus summę dictorum trium angulorum supra duos rectos, quod ostendere opus erat.

Corollarium 1.

Hinc patet totam Sphęram ad Pyramidem Triangulatam, cuius vertex est centrum, basis verò Trianguli Sphęrici superficies, eandem habere rationem, quam quatuor recti ad dimidium excessus summę angulorum eiusdem Trianguli supra duos rectos, etenim eadem applicabitur demonstratio, si vice portionis superficiei sphęricę duobus semicirculis, d a b, d i b, conclusę, sumpserimus solidum eisdem semicirculis, & eadem superficie conclusum, ad quod totam Sphæram esse, vt quatuor recti ad angulum, a d i, ostendemus iuxta modum vltimę sexti elem. vnde sic etiam patebit esse eandem Sphęram ad solidum duobus semicirculis, a d c, & superficie, a i c d, conclusum, vt quatuor recti ad angulum, d a i, & eandem ad solidum duobus semicireulis, i b u, i c u, & superficie, i b u c, conclusum vt quatuor recti ad angulum, b i c, siue, a i d, Pyramidem verò triangulatam in basi Triangulo Sphęrico, b u c, æquari Pyramidi

midi triangulatę in basi Triangulo Sphærico, a i d, communi vertice ipso centro, facilè per superpositionem demonstrabimus, vnde hac in illam commutata, ostensum erit Sphæram ad duas Pyramides triangulatas In basibus, a i d, i b c, Triangulis Sphęricis, esse, vt quatuor recti ad angulum, a i d, igitur ostẽsum erit Sphęram ad solida duobus semicirculis, d a b, d i b, & superficie, d a b, duobus semicirculis, a d c, a i c, & superficie, a d c, conclusa, vna cum duabus Pyramidibus triangulatis in basibus triangulis Sphæricis, a i d, b i c, (quę omnia supra hemisphęrium abundant duabus Pyramidibus, a i d) idest ad hemisphęrium cum duabus Pyramidibus a i d, esse, vt quatuor recti ad summã ang. a, i, d, & ad Pyramidẽ, a i d, esse, vt quatuor recti ad dimidium excessus summæ trium dictorum angulorum supra duos rect. ex quo Sphęram ad Pyramidem q̃cumq; Triãgulatam esse, vt eius superficies ad illius, basim, ipsasq; Pyramides esse inter se, vt earum bases, pariter intelligimus.

Corollarium 2.

COlligitur insuper ex eadem ratione Triãgula Sphærica esse inter se, vt dicti excessus sunt n. ad superficiem sphęræ, vt dimidiũ excessus summæ ang-rum dictorũ Triang-rum supra duos rect. ad quatuor rectos, & ideò inter se sunt, vt dimidia dictorum excessuum idest vt ipsi excessus, veluti etiam erunt inter se Pyramides Triangulatæ; hęc omnia verò clarissimè conspiciuntur in Triangulis verticalibus, voco autem Triangulũ verticale, quod est birectangulum, cuius latera rectis opposita necessariò sunt quadrantes, quæ si continuentur versus basim vsq; ad concursum, duobus semicirculis claudetur superficies, quam voco frustum superficiei Sphęricę, solidum verò ijsdem semicirculis comprehensum voco frustum solidum ipsius Sphęræ, ex his infrascripta Problemata soluuntur.

Problema I.

Dato in alicuius Sphæræ superficie Triangulo Sphærico notorum angulorum, Sphæram inuenire, cuius superficies æquetur dicto Triangulo Sphærico.

SIt Triangulum Sphæricum, a d i, in figura Axiomatis, notorũ angulorum, oportet inuenire Sphæram, cuius superficies ęquetur dicto Triangulo, a i d, inter duos ergos numeros, nẽpe vnum, qui est G. 360. & alium, qui est numerus Graduum dimidij excessus summæ angulorum, a. d. i, supra duos rectos, quęre medium proportionalẽ, deinde, vt 360. ad hũc medium, ita fiat datæ Sphæræ diameter ad quartum inuentum, quod erit diameter quæsitæ Sphæræ; Cum enim superficies sphæræ sit quadrupla maximi in ea Circuli, ex Archimede de Sphæra, & Cylindro, ideo superficies vnius sphęrę ad superficiem alterius est vt maximus in ea circulus ad maximum in altera Circulum, idest, vt quadratum sui diametri ad quadratum alterius diametri, idest in duplicata ratione diametri ad diametrum, & propterea, cum nota sit ratio superficiei ad superficiem, quę est eadem rationi 360. ad dimidium dicti excessus, ideò si inter hos terminos medius proportionalis assumatur, numerus 360 ad hũc medium erit, vt diameter datę ad diametrum quæsitę Sphæræ.

Regula log-ca.

HAbito dimidio excessus summæ angulorum, a i d, supra duos rectos, quære in Tab Arith. log-ca dicti dimidij log. quẽ inuentũ iunge log 360. deinde summę dimidium iunge Cõ. Ar. 360. & log. diametri datę sphęrę, & habebis log. diametri quæsitæ Sphærę. Rõ est quia cũ, vt 360. ad mediũ proportionale inter 360. dimidiũ dicti excessus, ita fieri daẽt diameter datę Sphęrę ad quartum, ideò Comp. Arit. log mi 360. cum log mo illius medij & log mo diametri datę Sphærę, dat log um diametri quæsitę sphærę, sed log-us illius medij est dimidium

summę

summæ log-orum 360. & d midij dicti excessus, ideò præcipitur addendum esse log um dicti ex essus, cum log-mo 360. & summæ capiendum dimidium illudq; iungendum esse. Comp. Ar. 360. & log mo diametri datæ sphæræ, vt habeatur log us quæsitæ sphæræ.

Exemplum.

Triangulum Sphæricum inter Polum, Bononiam, & Alexandriam Ægypti constitutum, quam ad totam Terræ superficiem rationem habeat examinare, illudque in Sphæræ superficiem integram transformare.

Sit Triangulum Sphæricum, a b p, quod Capite 6. solutum fuit, inter dicta loca constitutum, cuius anguli noti sunt, nempè, a, G. 51. 10. 26. b, G 111. 49 32. p, G. 27. 25. horum summa G. 190. 24 58. superat duos rectos quantitate G. 10 24 58. dimidium huius excessus est G. 5. 12. 29. patet igitur ex demonstrato Axiomate, quod Triangulum a b p, ad Totam Terræ superficiem est, vt G. 5. 12. 29. ad G. 360. log um igitur G. 5. 12. 29. idest 0716675 3. iungo cum log-mo numeri 360. qui est 25563025. fit 32729780. cuius dimidium. 16364890. iungo Co Ar. log 360. quod est 74436975 & log mo diametri Terræ, quam diametrum supponemus esse Milliaria 7750. cuius log us 38893017. & fit (dempta vltimo loco ad sinistram vnitate) log-us 29694882. cui respondet numerus 932. 16. tot ergo milliariorum erit Sphæræ diameter cuius superficies æquetur Triãgulo Sphærico inter Polum, Bononiam, & Alexandriã comprehenso, Polum subintellige punctum in Terra Polo arctico suppositum.

Proble-

Problema 2.

Data Pyramide in baſi Triangulo Sphærico, inuenire Sphæram æqualem datæ Pyramidi.

SIt Pyramis in baſi eodem Triangulo Sphęrico, a i d, oportet inuenire Sphæram eidem Pyramidi æqualem, quoniam ergo Sphæræ ſunt in tripla ratione diametrorum, ideò cum Sphęra ad ſuam Pyramidem Triangulatam in baſi, a i d ſit, vt G. 360. ad G. 5 12. 29. ideò inter hos duos numeros inuentis duobus medijs proportionalibus, vt ſe habet 360 ad medium proximũ ita fiet 7750. ad quartum, qui erit quantitas diametri quæſitæ ſphærę ęqualis datæ Pyramidi.

Regula log ca

IVnge duplicatũ log-um G. 360. cũ log-mo G. 5 12. 29. deinde ſummę 3. partẽ iunge Co. Ar. 360. & log-mo diametri Sphęrę, & fiet log-us diametri quæſitę Sphæræ. Ratio eſt, quia duplum log-mi extremi quęſito medio vicini, cum log-mo extremi remoti facit triplum log-mi ipſius medij quæſiti, & ideò factę ſummę tertia pars iungitur Comp. Ar. G. 360. & log-mo diametri datę Sphęrę, & habetur diameter ſphęrę ęqualis dictę Pyramidi.

Exemplum.

SIc igitur iungo duplum log-mi G. 360. qui eſt 2 5 5 6 3 0 2 5 cum log-mo G. 5. 12. 29. & fit log-us 5 8 2 9 2 8 0 5. cuius tertiam partem 1 9 4 3 0 9 3 5. iungo Co. Ar. G. 360. quod eſt 7 4 4 3 6 9 7 5. & log-mo diametri Terræ 3 8 8 9 3 0 1 7. & fit (dempta vnitate &c.) 3 2 7 6 0 9 2 7. log-us diametri quæſitæ Sphæræ, quæ erit milliariorum 1 8 8 8. 3 9.

Problema 3.

Triangulum Sphæricum quadrare.

SIt ſumma angulorum dati Trianguli Sphęrici in data Sphęra G. 200. igitur per Axioma ſuperficies Sphęræ ad ſuperficiẽ

Trianguli dati erit, vt 360. ad 10. est autem maximus in Sphęra circulus quarta pars totius Sphęricę superficiei, ex Archimede de Sph & Cyl. igitur maximus in data Sphęra circulus erit ad datum Triangulum Sphęricum, vt 90. ad 10. quadretur circulus, & vt 90. ad 10 sic fiat inuenta area circuli ad quartum numerum, exhibentem ipsius Trianguli Sphærici quadraturã.

Regula log-ca.

COmp. Ar. log-mi numeri 14. iunge log. num. 11. & datę Sphęrę diametri duplicato log-mo, & log mo dimidij excessus summę datorum trium angulorum supra duos rectos, nec non Co. Ar. numeri 90. & ab omnium summa dempto vltimo loco ad sinistram binario, ipsa erit log-us areę dati Triang. Sphęrici.

Exemplum.

Sit datæ Sphæræ diameter, 100. in ea Triangulum Sphæricum, cuius angulorum summa G. 200. erit dimidium excessus 10. iungo igitur simul Co. Ar. log. numeri 14. nempè 8853872 0. log. numeri 11. qui est 10413927. log um duplicatum diametri Sphæræ, nempè 40000000. log. numeri 10. qui est 10000000. & Comp. Ar. numeri 90. quod est 80457575. & fit omnium summa (dempto binario &c.) 29410222. cui log mo respondet numerus 873.02. & tanta erit area dati Trianguli Sphærici. Quod si diametri sextã partem duxeris in Triangulum Sphæricum iam quadratũ, soliditatem Pyramidis in basi eodem Triangulo Sphærico, vertice Sphæræ centro tibi comparabis; Vel per log mos, si inuento log-mo 29410222. adderes log mum sextæ partis diametri, nempè log um 16⅔ qui est 12218487. fieret 41628709. cui respondet numerus 14550.26. pro soliditate dictæ Pyramidis.

Pro-

170

Problema 4.

Triangulum Sphæricum datorum angulorum in frustum superficiei Sphæricæ transformare.

HOc facillimum est, etenim vt tota superficies est ad ipsum Triangulum, ita G.360. ad dimidium excessus summę datorum angulorum supra duos rectos, si ergo capiantur duo semicirculi, quorum periphærię angulum contineant ęqualem dimidio dicti excessus, claudent superficiem ęqualem dato Triangulo, etenim sphærę superficies tam ad dictum Triangulum, quam ad conclusam semicirculis portionem, erit vt 360. ad dimidium dicti excessus; hic autem non est opus Reg. log ca.

Exemplum.


ASsumatur iterum Triangulum inter Polum Bononiam, & Alexandriam comprehensum, quærimus quantus futurus sit angulus à duobus meridianis, (subintellige ab eorum circumferentijs) effectus, siue quanta futura sit differentia Meridianorum comprehendentium æqualem dicto Triãgulo superficiem; Dico autem quod erit G.5.12,29. quia hoc est dimidium excessus summæ datorum angulorum supra duos rectos: eadem verò etiam pro Pyramidibus Triangulatis obtinebimus.

Problema 5.

Triangulum Sphæricum datorum angulorum in Zonam Polarem transformare.

FIat, vt 360. ad dimidium summæ datorum angulorum supra duos rectos, ita diameter sphęræ ad quartum, qui erit sagitta circumferentiæ quæsitam Polarem Zonam ipso Polo describentis. Vt verò hoc percipiatur, sit in data sphæra circulus maximus, cuius diameter, a b, cui perpendiculares insistant, c e, d h, vtcumq; ductæ, & in circumferentiam terminatæ, ex demõstratis igitur ab Archimede lib. p. de Sph. & Cyl. prop 40 & 41

ſi per rectas,c e,d h,extendantur plana parallela, quibus, a b, ſit perpendicularis diuident ducta plana ſphæræ ſuperficiem in eadem rõne directè qua diametrũ,a b,pariter ipſa ſecabũt,ità vt ſphæræ ſupficiẽ ad ſupficiẽ,d b h, ſit,vt,a b,ad,bn,ad Zonã c d e h vt a b,ad,i n,& Zona,c d e h,ad zonã, d b h,vt,i n ad n b, & ſic in cęteris;dato igitur Triangulo Sphærico notorum angulorum habetur ratio ſuperficiei Sphæræ ad datum Triangulum,ſi ergo in hac ratione ſiat,a b,ex.g.ad,b n,eadem ſuperficies ſphærę ad zonam polarem,d b h,erit,vt eadem ſphęræ ſuperficies ad datum Triangulum,vnde zona polaris,d b h,ęquabitur dato Triang.ſphęrico.



Regula log-ca.

COm.Ar.G.360.iunge log-mo dimidij exceſſus ſępè dicti, & log-mo diametri ſphęrę,& habebis log.ſagittę arcus zonam polarem ęqualem dato Triangulo deſcribentis: quod ſi Diametrum ſphęrę,feceris 2000000,0000 cuius ſumpſeris log um habebis Verſilog.arcus,& ipſum arcum dictam zonam deſcribentem.

Exemplum.

SIt transformandum idem Triangulum inter Polum,Bononiam,& Alexandriam iam dictum in Zonam polarem,igitur iungo Co. Ar. G. 360. nempè 7443697 5. cum log mo dimid.sæpè dicti,nępè G.5.12.29.qui eſt 0716671 5, & cum log mo diametri Terræ 38893017. dum ſupponitur milliariorum 7750. & fit log-us 20496747. cui reſpondent milliaria 112.1 pro ſagitta arcus deſcribentis zonã Polarem æqualem dicto Triangulo Sphærico; quod ſi velim ipſum arcum dicto Com. Ar. & log-mo dicti dimidij iungo

log-um

log-um dupli Sinus Totius, qui est 10,3010300. & fit summa 8461403o. Versilog. arcus G. 13.48.59. & tantus est arcus describens zonam polarem æqualem dato Triangulo.

Problema 6.
Triangulum Sphæricum datorum angulorum in Zonam non polarem transformare.

HOc eadem ratione fit, inuenta enim sagitta, vbicumq; illi ęqualem accipiamus in diametro, per cuius extrema ducta plana parallela axi erecta abscindant zonam ab ipsa Sphęrica superficie, illa ęqualis erit dato Triãgulo, vt si inuentę sagittę, n b, in superiori figura sumeretur æqualis, n i, & dicta plana per, n, i, transeuntia zonam abscinderent, c d e h, illa esset ęqualis dato Triangulo, cui zona polaris iam ęqualis inuenta esset; verum si cupias habere quantitatem Graduum arcus describentis ipsam zonam non polarem oportet vel dari alterutram reliquarum partium diametri, vel alterutrum arcuum, quorum reliquę partes sunt sinus versi, idest in dicta figura scire oportet, n b, vel, a i, vel arcum, d b, aut, a c, & tunc sciri poterit quantus sit arcus, c d, vel, e h, etenim si habes Sin. versum, n b, iunges illi inuẽtã diametri portionẽ (posita tñ diametro 2000000,0000) vt supra, & constitues Sinum versum arcus, c b, quem ideò notificabis, notus etiam erit, d b, ex sinu verso, n b, dato, vnde reliquus, c d notificabitur, vel si daretur arcus, d b, daretur sinus versus illius, n b, quo iuncto ipsi, n i, fieret notus, i b, sinus versus, c b, hinc notificati.

Exemplum:
SIt inuenienda zona non polaris intercepta duobus parallelis quorum vnus transeat per punctum diametri distantem à polo milliaria mille, quæ sit æqualis Triangulo, sæpè d'cto inter Polum, Bon. & Alex. constituto, igitur operaberis per

per ant. inueniens sagittam milliariorum 112. arcus describentis zonam polarem dicto Triangulo æqualem, hanc sagittam adde suppositis milliarijs mille, fient milliaria 1112. qualium tota diameter est 7750. qualium verò ipsa diameter est 2000000. taliũ milliaria mille euadunt 258064 & milliaria 1112. euadunt 286968. sinus versi duorũ arcuum à polo incipientium, & ad parallelos quæsitam zonam intercipientes terminatorum, quorum minor erit G. 42.6.12 alter verò G 44.31.4. vnde eorum differentia, arcus inquam describens dictam zonam erit G. 2 24.52. Supponatur nunc parallelum transire in distantia G.42.6.12. à polo, quæritur arcus describens dictã zonam, prius ergo per ant. quæro Versilog. arcus describentis zonam polarem æqualem dato Triangulo, qui Versilog erit 84614030. cui respondet sinus versus 28934 ad Sinum Totum quatuor Ciphris ad dexteram mutilatũ sic enim Charac. dicti log mi erit non 8 sed 4 indicans Sinum versum constare ex quinq; notis, similiter sinus versus datorum Graduum. 42.6.12. distantiæ paralleli est 258064. ad eundem Sinum Totum, addo igitur hos duos sinus versos fiunt 286998. cui respondent G.44 31.15. à quibus demo suppositos G.42.6.12. remanent G 2 25, 1 pro arcu describente zonam non polarem, in distantia à polo G.42.6.12. æqualem dato Triangulo Sphærico sæpè dicto; variat autem calculus à superiori 9 Sec. quia neglleximus vnam fractionem decimam in inuenta sagitta quæ cum deberet poni milliaria 112.1. posita fuit tantum milliaria 112. non apposuimus autem Reg. log. cam, quia hic Sinus versi sunt addendi, vel subtrahendi, log-orum verò vsus cernitur in multiplicatione, vel diuisione, non autem in additione, vel subtractione euitanda:

Pro-

Problema 7.

Quamlibet quinq; zonarum in Sphæra in frustum superficiei Terrestris duobus meridianis comprehensa transformare.

SIt inueniendũ frustum in Terræ superficie, quod Zonæ Torridę sit æquale: Tota ergo Terrę superficies ad Zonam Torridam in ipsa Terra erit, vt diameter Terræ ad chordam arcus ipsam Torridam Zonam describentis, ex dem. ab Arch. de Sph. & Cyl. vt diximus Prob. 5. siue, vt semidiameter Terræ, vel Sinus Totus ad Sinum dimidij illius arcus, qui est maxima Solis declinatio G. 23. 31. 30. ad nostra tempora, fiat ergo, vt Sinus Totus ad Sinũ maximę declinationis Solis, ita G. 360. ad quartum, etenim hic quartus erit numerus Graduum anguli inclinationis duorum meridianorum superficiem Terrestrem comprehendentium æqualem Zonæ Torridæ, vt in superiori figura, si sit, c d, maxima declinatio, vt, b i, Sinus Totus ad, i n, Sinum, c d, idest, vt tota Sphærę Terrestris superficies ad Zonam Torridam, ita fient G. 360. ad quartum, qui erit numerus Graduum inclinationis duorum dictorum Meridianorum. In alterutra autem Zonarum Temperatarum, i n, est differentia sinuum versorum arcuum à polo ad parallelos Zonam temperatam comprehendentes terminantium, in alterutra verò Zonarum frigidarum est, n b, Sinus versus arcus eandem Zonam frigidam describentis.

Regula log-ca.

LOg-us, i n, pro Zona torrida, vel dimidij, i n, aut, n b, iuxta reliquarum Zonarum diuersitatem, cum log-o Graduum 360. ad secunda reductorum, vt superius quoq. fieri potest, faciet log-um secundorum, quantitatẽ quęsiti ang. exhibentium (subintellige, dempta vnitate &c.)

Exemplum Zonæ Torridæ.

SIt in dictum frustum, transformanda Zona torrida iungo igitur 960113 52. log G. 23. 31. 30 cum 6 112 6050. log. secundorum 1296 000. & fit (dempta &c.) 5713740 2.

log-

log. secundorum 517297. nempè G 143. 41. 37. & tanta erit inclinatio duorum meridianorum superficiem terrestrem æqualem Zonæ torridæ continentium.

Exemplum vnius Zonarum Temperatarum.

A*V fero max. declin. G. 23. 31. 30. ex G. 90 remanent G. 66. 28. 30. quæro huius sinū, vt ēt Sinum maximæ declinationis, aufero vnum ex altero rem inet eorum differentia, quæ sit, in, 517737. cuius dimidium 258869. ad Sinū Totum 1000000. cuius log us (retenta Charac 9. tamquam si esset ad Sinum Totum 1000000,0000) est 9413080 hunc addo log mo secundorum 1296000. qui est 6112605c & fit (dempta vnitate &c) log us 5325685 1. cui respondet numerus secundorū 335494. quæ faciunut G 93. 11. 34. & tanta erit inclinatio duorum meridianorum superficiem terrestrem æqualem alterutri zonarum temperatarum continentium.*

Exemplum vnius Zonarum Frigidarum.

Q*Væro Versilogar. G. 23. 31. 30. 8919674 0, demo ab eo 03010300 log. binarij, restat 86186440. iungo ipsum log. Secundorum 1296000. qui est 61126050 fit log. (dempta &c.) 47312490. cui respondent Sec. 53858. vel G. 14. 57. 38 & tanta erit Meridianorum inclinatio superficiem terrestrem æqualem*

	G.	'	''
Zona Torrida	143.	41.	37.
Duę Zonę Temperatę	186.	23.	8.
Duæ Zonę Frigidę	29.	55.	15.
Summa vt necesse est	360.	00.	00.

lem

lem alterutri Zonarum frigidarum continentium. Quinque igitur semicirculi, siue meridianorum dimidia, prædictis angulis ad se inclinata, superficiem Terræ eodem modo, quo duo Tropici, & duo circuli polares, intersecabunt, quarum proportio in apposita Tabella explicatur.

Admonitio circa Appendicem Numerorum sexag. & in eis log-morum Vsum.

ANtequam huic libro finem imponam, occasione, quæ in supradictis operationibus euenire posset, quotiescumq; vellemus ex.g. in G.min.& Sec. operari per eorum log-os, absq; eo quod ad vltimam fractionem reuocentur, ne æquiuocationem pariat in absoluenda Regula Trium illud, quod secunda parte Praxis 1. eiusdẽ Appendicis dictã est circa Num. sexag. quorum prima sexages. binarium excedat;(nempè, quod vt habeatur log. Numeri ex datis sexagesimis compositi habentis primam sexages. binario maiorem, opus est illi pręfigere Ciphram) hic ad illius explicationem duximus admonendum esse, nos in tertia Praxi, cum occurrunt numeri sexag. in aurea Regula, quorum aliquis habeat primam sexages. binario maiorem, intelligere nedum illi num. sexag. præfigendam esse Ciphram, sed etiam reliquis, etsi non haberent primam sexag. binario maiorem, vel saltem correlatiuo eius, cui fuerit præposita Ciphra, pariter Ciphram pręponendam esse, vt Exempli gratia, si dentur numeri Sexag. A B C, quorum, a, habeat primam sexag. 13. binario maiorem, tunc nedum illi, sed reliquis etiam. b c, vel saltem suo correlatiuo, b, (cõgruet enim, vt quę sunt eiusdem generis semper vicina sint) Ciphram quoq. pręponendã esse intelligimus, quoad quartum verò, qui sit, d, tres eius sexag. in fronte adinuentę subscribentur ipsis, a, b, c, eo ordine, quo docetur in Praxi 4. seauata cautione ibidem expressa semper curantes, vt primę sexages. columella ad sinistram repleatur, ab

A.	o.	13.	15.	3.
B.	o.	1.	14.	8.
C.	o.	o.	7.	15
D.	o.	c.	o.	41.

ea enim quarti Num.sexagen.inuenti subscriptionis ratio,nec non apicum inuentio pendet; quæ de tribus deinceps proportionalibus numeris pariter subintelligentur.

Obiter autem hic etiam admoneo circa Praxim 3. & 4. primæ partis pag.71.& 73.quod facilius habebis duos numeros non pluribus,quam duabus notis constantes, & habentes inter se eandem rationem,quam differentia maior ad minorem,si tuas differentias ita ad dexteram æquè mutilaueris, vt restent numeri duas notas non excedentes; potius quam si easdem differentias quæras in Tabellis prioribus Sexag.vel Centen. vt ibi præcipitur,immo cum Tabella posterior Cētenaria valdè mēdosa impressa fuerit,consulo, vt in hoc potius multiplicationē facillimam per 100.& diuisionem facti ꝑ maiorē differentiam potius adhibeas, prçcipuè si calculū exquisitè absoluere cupias.

DEcreueram tandem nobilissimum log-morum vsum in Problematibus Geometricis,Arithmeticis, Opticis,Mechanicis,Astronomicis, Gnomonicis, Geographicis, Architecturę Militaris, selectioribus,ac potioribus absoluendis amplius patefacere. sed quia præsens volumen nimis excreuisset, propterea in aliud huic subiungendum hoc differre statui, præcipuè autem id perficere cupiebam in gratiam meę nouæ Geometrię, quam, Deo dante,in lucem quam primum me daturum esse spero, vt de noua quadam, ac insueta geometrica tractandi, ac demonstrandi rōne,qua ipse vsus sū, doctiores suum ferre iudicium possint, hac enim pęnè omnia, quæ ab Euclide, & Archimede circa planarum, ac solidarum figurarum mensurā vt plurimum ratione ducente ad impossibile probata fuere, per eam ostensiuè demonstrata sunt; & alia quam plurima præter hæc,scitu Geometris iucundissima, vt propterea log-rum præstantiam in his experiri non immeritò peroptarem; sed huius doctrinæ riui opportunè nunc mihi videntur claudendi,nostra enim (puto) iam satis prata biberunt.

F I N I S.

CATALOGVS

PRÆCIPVORVM PROBLEMATVM, quæ in hoc Volumine explicantur, & Index eorundem Regularum, nec non ipsarum Rationum, ac Exemplorum.

IN PRIMA PARTE.

In Triangulis Planis Rectangulis ordinaria Problemata.

Si quæramus ex datis.

In Triangulis Planis Rectangulis extraordinaria Problemata.

Si quæramus ex datis.

Area,

IN TERTIA PARTE.

In Triangulis Sphæricis Rectangulis Problemata.

gula

TABVLA

CA

TRIGONOM. LOGARITHMICA

In qua Sinus Totus 1 0000,00;0000 eiusdem Logar^s. 10,0000,000.
Vnitatis autem (iuxta votum Clariss. Neperi) pariter Logar^s.
Ciphra esse supponitur

Cuius ope quæcunque Problemata ad Astronomiam, Geographiam, Gnomonicam, Gæodesiam, & Opticam, pertinentia (noxijs præcipuè Subtractibus, & Additionibus Cosſicis, quibus circa alterius generis Logar. vti cogimur, euitatis) sola ferè vulgari Additione solui possunt; ex Neperianis, ac Briggianis fontibus deducta, atq; in hanc formam disposita

Per

FR. BONAVENTVRAM CAVALERIVM MEDIOLANENSEM
Ord. Iesuatorum, ac in Almo Bononiensi Gymnasio Primarium
Mathem. Scientiarum Professorem.



G. ″	Sinus rectus.	Logarith. pro Sinu recto.	N.r.pro	Mesologar. pro Tangente.	Tomolog. pro Secante.	Versilog. pro Sinu verso.	N.r.pro
0. 0	0	0		0	10,0000000	— 0	0
1	4,8481	46855749		46855749	0	— 0	0
2	9,6963	9866049		9866049	0	— 0	0
3	14,5444	51626961		51626961	0	243621	177296
4	19,3925	2876349		2876349	0	2742398	107239
5	24,2407	3845449		3845449	0	4680599	71786
6	29,0888	4637261		4637261	0	6264223	51394
7	33,9370	5306729		5306729	0	7603159	38600
8	38,7851	5886648		5886648	0	8762997	30050
9	43.6332	6398174		6398174	0	9786048	24067
10	48,4814	6855749		6855749	0	10701197	19696
11	53,3295	7269676		7269676	0	1529051	16422
12	58,1777	7647561		7647561	0	2284822	13895
13	63,0258	7995182		7995182	6	2980064	11917
14	67,8739	8317029		8317029	0	3623758	10327
15	72,7220	8616661		8616661	0	4223023	9042
16	77,5702	8896948		8896948	0	4783597	7772
17	82,4183	9160238		9160238	0	5310176	7089
18	87,2664	9408474		9408474	0	5806648	6345
19	92,1146	9643285		9643285	0	6276269	5710
20	96,9627	9866049		9866049	0	6721797	5167
21	101,8108	60077942		60077942	0	7145583	4698
22	06,6590	279975		279975	0	7549651	4292
23	11,5071	473027		473027	0	7935754	3932
24	16,3553	657861		657861	0	8305422	3618
25	21,2034	835149		835149	0	8659998	3340
26	26,0515	61005482		61005482	0	9000664	3092
27	30,8997	169386		169386	0	9328473	2871
28	35,7478	327329		327329	0	9644358	2673
29	40,5960	479729		479729	0	9949157	2495
30	45,4441	626961		626961	0	20243622	
	Sinus rectus	Logarith. pro Sinu recto.	Lo. & Me	Mesologar. pro Tangente.	Tomolog. pro Secante.	Versilog. pro Sinu verso.	Veradia.

Hic subintelligatur columella Num.realium dextræ faciei.

	Sinus rectus.	Logarith. pro Sinu recto.	Mesologar. pro Tangente.	N.i pro	Tomologar. pro Secante.	Versilogar. pro Sinu verso.
60	1000000,0000	10,0000000	*Infinitum.*	6034432	*Infinitum.*	10,0000000
59	00	0	15,3144251	255763	15,3144251	99999979
58	999999,9999	0	0133951	88644	0133951	958
57	99	0	14,8373039	44775	14,8373039	937
56	98	0	7123651	26975	7123651	916
55	97	0	6154551	18021	6154551	895
54	96	0	5362739	12887	5362739	874
53	94	0	4693271	9613	4693271	855
52	92	0	4113352	7526	4113352	832
51	90	0	3601826	6024	3601826	810
50	999999,7988	0	3144251	4930	3144251	789
49	85	0	2730324	4210	2730324	768
48	81	0	2352439	3478	2352439	747
47	78	0	2004818	2981	2004818	726
46	74	0	1682971	2584	1682971	705
45	71	0	1381339	2261	1383339	684
44	67	0	1103052	1995	1103052	663
43	64	0	0839762	1773	0839762	642
42	60	0	0591526	1587	0591526	621
41	57	0	0356715	1428	0356715	600
40	53	0	0133951	1293	0133951	579
39	47	0	13,9922058	1176	13,9922058	558
38	41	0	720025	1072	720025	537
37	35	0	526973	983	526973	516
36	29	0	342159	904	342139	495
35	24	0	164851	836	164851	473
34	18	0	13,8994518	773	13,8994518	452
33	12	0	830614	718	830614	431
32	06	0	672671	668	672671	410
31	00	0	520271	624	520271	389
59.30	999999,9894	0	373039		373039	368
89	Sinus rectus.	Logarith. pro Sinu recto.	Mesologar. pro Tangente.	Me.&Ta.	Tomologar. pro Secante.	Versilog. pro Sinu verso.

PRIMI.

G. ′	Sinus rectus.	Logarith. pro Sinu recto.	N.r.pro	Mesologar. pro Tangente.	Tomologar. pro Secante.	Versilog. pro Sinu verso.	N.r.pro
0. 30	145,4441	61626961	584	61626961	10,0000000	20243622	2336
31	50,2922	769365	547	769465	0	528431	2187
32	55,1404	907248	514	907248	0	804197	2055
33	59,9885	62040888	484	62040888	0	21071476	1942
34	64,8367	170538	456	170538	0	330776	1825
35	69,6848	296429	432	296429	0	582558	1724
36	74,5329	418774	407	418774	0	827247	1625
37	79,3811	537766	386	537766	0	22065232	1544
38	84,2292	653585	366	653585	0	296869	1464
39	89.0774	766395	348	766395	0	522489	1396
40	93,9255	876349	331	876349	0	742397	1323
41	98,7736	983587	315	983587	0	956874	1262
42	203,6218	63088242	30	63088242	0	23166183	1204
43	08,4699	190433	287	190433	6	370566	1148
44	13,3180	290275	274	290275	0	570251	1096
45	18,1662	387874	263	387874	0	765448	1049
46	23,0143	483327	252	483327	0	956354	1004
47	27,8624	576727	241	576727	0	24143154	963
48	32,7105	668161	231	668161	0	326022	921
49	37,5587	757709	222	757709	0	505119	888
50	42,4068	845449	213	845449	0	680597	851
51	47,2549	931450	204	931450	0	852601	819
52	52,1031	64015782	196	64015782	0	25021264	789
53	56,9512	098507	189	098507	0	186715	759
54	61,7994	179686	182	179686	0	349072	730
55	66,6475	259376	176	259376	0	508451	705
56	71,4956	337629	170	337629	0	664958	680
57	76,3438	414497	165	414497	0	818694	657
58	81,1919	490029	159	490029	0	969757	634
59	86,0401	564269	153	564269	0	26118237	614
60	90,8882	637261		637261	0	264222	
	Sinus rectus	Logarith. pro Sinu recto.	Lo. & Me.	Mesologar. pro Tangente.	Tomologar. pro Secante.	Versilog. pro Sinu verso.	Veradia.

SECVNDI.

	Sinus rectus.	Logarith. pro Sinu recto.	Mesologar. pro Tangente.	N. ripol	Tomologar. pro Secante.	Versilogar. pro Sinu verso.
30	999999,9894	10,0000000	13,8373039	584	13,8373039	99999368
29	86	0	230635	547	230635	347
28	78	0	092752	514	092752	326
27	69	0	13,7959112	484	13,7959112	305
26	61	0	829462	456	829462	284
25	53	0	703571	432	703571	263
24	45	0	581226	407	581226	242
23	37	0	462234	386	462234	221
22	28	0	346415	366	346415	200
21	20	0	233605	348	233605	179
20	12	0	123651	331	123651	158
19	01	0	016413	315	016413	137
18	999999,9791	0	13,6911758	301	13,6911758	115
17	80	0	809567	287	809567	094
16	70	0	709725	274	709725	073
15	59	0	612126	263	612126	052
14	48	0	516673	252	516673	031
13	38	0	423273	241	423273	010
12	27	0	331839	231	331839	99998989
11	17	0	242291	222	242291	968
10	06	0	154551	213	154551	947
9	999999,9693	0	068550	204	068550	926
8	80	0	13,5984218	196	13,5984218	905
7	67	0	901493	189	901493	884
6	54	0	820314	182	820314	863
5	42	0	740624	176	740624	842
4	29	0	662371	170	662371	821
3	16	0	585503	165	585503	800
2	03	0	509971	159	509971	779
1	999999,9590	0	435731	153	435731	757
89 0	77	0	362739		362739	736
89 G	Sinus rectus.	Logarith. pro Sinu recto.	Mesologar. pro Tangente.	Me. & To.	Tomologar. pro Secante.	Versilogar. pro Sinu verso.

PRIMI.

G. 0 ′	″	Sinus rectus.	Logarith. pro Sinu recto.	N. pro	Mesologar. pro Tangente.	Tomologar. pro Secante.	Versilogar. pro Sinu verso.	N. pro
1.	0	290,8882	64637261		64637261	10,0000000	26264222	
	1	95,7363	709047	149	709047	0	407794	593
	2	300,5845	779665	144	779665	0	549031	574
	3	05,4326	849154	139	849154	0	688008	556
	4	10,2808	917548	134	917548	0	824797	539
	5	15,1289	984882	131	984882	0	959464	522
